Cuxacius in l. 6 ff qui tt.o face po. Fornerius lib. 1 selectionu cap. 3 Mattia de coniecturis libro 8 tt.o 1 Peregrinus articulo 11 Minoquius lib. 4 presumtione 67 et 68 et diximus l. ab. in d. l. et in epistola

N.o 33 Relinquuntur autem fideicomissa et in tt.o in l. ab intestato in codicillis imo et sine scriptura l. 3 l. et sine scriptura 5 J. ad S.C. Trebel. l. conficiuntur 8 ff de iure codicillo 4 5o. preterea inst.o de fidei hered. l. eaque 14 l. et in epistola 22 l. ex tt.o 29 J. hoc tt.o quibus locis de hoc l. ab. diximus

A quibus autem possint fideicomissa relinqui edocet ex lex in d. 5o. preterea et in l. ab eo 9 J. hoc tt.o ubi l. ab. diximus

N.o 34 Superest igitur pro resolutione huius articuli cognoscere quibus personis fideicomissa relinqui possint et sane certissimum est his omnibus posse relinqui cum quibus tt.is factio est posse autem etiam incapacibus relinqui probare videtur Iustinianus in principio inst.o de fideicom. hered. ubi fideicomissorum originem ex eo fuisse docet Iustinianus quoniam quibus in tt.o relinqui legatum non poterat autem heredes per fideicomissum relinquebat

Sed hec iam sublata reddit dificilis ex eo quoniam fideicomissa incapacibus relicta aut non valent aut fisco deferunt ex lex in l. 1 in principio et in l. non intelligitur 3 l. penult ff de iure fisci l. predonis loco 49 ff de petitione hered. l. cum ita citum 3. ff de probationibus l. cum quidam 17 5o. Divus in rem in facto ff de usuris l. ex facto 43 5o. Julius Longinus ff de militar. testam. ubi tt.o l. beneficio 59 ff ad l. falcidiam l. 3 C eodem tt.o que leges confirmant ex fin tt.o 7 5o. 6

Quare ad uidendum est fideicomissorum originem ex eo de ducendum fuisse quod incapacibus relinquebant quia licet prohiberent ex testamento capere non tamen prohibebant capere ex liberalitate heredis ut constat ex Cicerone lib 2 de finibus tomo 4 folio 89 Quintiliano libro 9 oratoriarum institutionum cap. 11 Plinio Juniore lib. 5 epistolarum epistola [illegible] [illegible] neque heredem postquam autem ad necessitatem iuris fuerunt fideicomissa redacta cepit fraus legi fieri si incapacibus soluerent ex quibus non poterat uerbis directis relinquere precarijs relinquerent ideo que constitutum est ut tacita fideicomissa incapacibus relicta fisco uindicaret nulla quarta apud heredem qui fidem suam acomodasset relicta del beneficio de l. 3 id que S.C. factum fuisse docet Ulpia. in fr. [illegible] tit. 25 circa calc. fin: ad quam constitutionem sunt referenda iura 5 citata quae late explicant Ultra ordinarios ibi Antonius Gomes in l. 9 tauri nº. 21 et sequentibus Matienzo in l. 6 tit. 8 libro 5 recopilationis glosa 8 Duenas regula 366 Couarruuias in quarto 2ª. parte cap. 3 § 5. nº 12 Michaela de [illegible] nu. [illegible] § 2 nº 61 quod procedit si constet saltem ex coniecturis heredem acomodasse fidem suam tacito fideicomisso [illegible] si de hoc non constet ut colligit ex heredicas c. de his quib. ut indig. l. 3 in principio ibi domestica cautione et ibi quirographo obligasset se ff de iure fisci l. etiam ibi heredem administrasse et ibi fidem suam obtulit C. ad l. falcidiam ubi ita docet Salicetus sequitur Imola in l. in tacitis ff de legatis 1º ad quem ita debet intelligi quod generaliter de tacito fideicomisso dicit in l. 10 C de delatoribus libro 10 et in l. cum quidam § Diuus uero cui uolens tacito ff de usuris cum alijs quibus mouentur contrariae sententiae autores quos refert Matienzo ubi § nº 8 si igitur fidem suam

quam heres acomodaui filio defert fideicomisso etiam si de facto no restituerit l heres qui tacite 12 ff de his quib. ut indig. d l 3 in fine principij d l in tacitis l imperator 12 uerçi iulo fin ff de fideicomiss. libert. nec contrarium probat tx in l etiam C. ad l falcidiam iuncta priori explicationi gloss ibi quam probat lex 13 tit. 7 p. 6 quia respondeo ueriorem esse 2a explicatione eiusdem glosse quã probat comunis et confirmat lex 5 tit. 11 p. 6 ex cuius dispositione debet explicari d. lex 13 ut docet Menesis in preceti n. 13 Antonius Gomes in d l 9 n. 21

N 35 Si v. fideicomissum expresse relinquat incapaci non ualet sed remanet penes heredem d l 3 in principio et in § si quis palam d l in tacitis 103 § fultius et § si in tit. ff de legatis 1 nisi heres restituat tunc enim fiscus uindicabit per tx qui ad hoc dicit singulari Baldus in l si postulate § 7 § fin ff ad S.C. Treb. sequitur Paulus in d § si in tit. n. 2 Alexander in l si his qui ex bonis 6 ff de uulgari Anto. Gomes in sub. 5 n. 21 Gregorio Lopez in d l 13 uerbo cumplesse Menesis in preceti n. 13 facit tx in l 1 C de natur. lib. aqua sententia non e recedendum in praxi quamuis contrariam defendat Plaza in l 1 n. fin C de delatoribus lib. 10 et in puncto iuris posset defendi per tx. in l etiam fideicomisso § fin ff de iure fisci ibi quia de suo largit que uerba ad heredem grauatum referri possunt quod tamen si in disputado defendas ita accipere debes nisi fideicomissarius capiat ex uoluntate defuncti quod non permittit etiam mediante persona alterius d l si his qui ex bonis uel nisi fideicomissarius sit indignus ex proprio delicto ut in l lucius § ff de iure fisci nec superiori sententie obstabit tx in d l si postulante § fin quia respondeo procedere quando heres adijt coactus et sic non ex eius uoluntate sed ex uoluntate de

definetur fideicommissarius accepit. Neque obstat tex in d. l. C. de natura libus liberis quia omissa explicatione Fulgosij ibi respondeo pro cedere quando heres non occupauerat bona nec possideat, sed permise rat spurium propria autoritate capere sed iure regio ex l. 6 tit. 8 lib 5 recopilationis in filijs clericorum expresse cautum est ut non solum a patre sed etiam a consanguineis patris ex testamento uel ex contractu aliquid adquirere possint quod ad alios filios spurios non esse extendendum defendit Costa in cap. si pater 2a parte uerbo bona omnia nº 19 Matienso in d. l. 6. glosa 4 nº 8 si vero indigno fideicomissum relinquat expresse tenet heres quia tamen indignus retinere non potest capit fiscus l. edicto 49 ff de iure fisci

N.º 36

AD ultimum articulum de natura fideicomissorum utrum scilicet sint fauorabilia aut odiosa propter uarias doctorum sententias quas refert Peregrinus articulo 1 nº 28 distinguendum est quia aut quaerimus de fideicomisso in esse producendo aut circa personas res casus tempora et iudicia. Ad primum circa productionem respondet quod si constat de ualitate fideicomissi habet fauorem quem omnes ultimae uoluntates l. uel negare 6 ff quemadmodum testamenta aperiantur l. in testamentis ff de regulis iuris. Sed antequam de uoluntate constet sunt odiosa et non presumuntur nisi probentur ut pluribus relatis resoluit Peregrinus articulo 11 nº 37. Ad 2um scilicet quo ad personas respondendum est quod cum sit onus l. cohaeredi § cum filius ff de uulg. substitutione non extendit de persona ad personam ideo filio impositum onus non extenditur ad nepotem ut docet glosa in auth. sine tio de restitutione fideic. Paulus Castren. consilio 91 nº 2 uolumine 2 Alciatus in l. liberorum ff de uerborum signif. glosa 1 nisi aliud constet ex coniectura uoluntatis uaria personas etiam quibus fideicomissum relinquitur non fit extensio argumento

tex

tx in l si ita stipulatus §° Chrisogonus ff de verbo[rum] oblig[ationibus] ubi no
tat Jason n° 44 ne del[...] ipse[...] grauati prorogatio oneris ideo
quando eo modo restringeret onus esset faciendo extensio veluti
si grauatus fuisset aliquis restituere si sine liberis decessisset
sufficit enim ad excludendum fideicomissu[m] persona nepotis l
Lucius §. in finalibus verbis ff de hered. instit. Quod etiam
admitto si fideicomissum filijs relinquat tunc etiam debet nepo
tibus quia in fauorabilibus filiorum loco continent ut notat
Jason in l Gallus §° instituens n° 23 de liberis et post. Peregrinus
articulo 23 n° 12. Ad 3um s. quo ad res fideicomissa sunt odiosa
et no[n] extendunt sed potius restringunt ad minimam rem lap
ut Julianus §° Seio ff de legatis 1° l. nummis ff de legatis 3° nisi
facta interpretatio in re minima redderet inutile fideicomi
ssu[m] l cog. in principio ff ad S.C. Trebel. Ad 4um s. quo ad casus
no[n] extendunt fideicomissa de casu ad casum l ex facto §° si
quis autem ff ad S.C. Trebel. et licet in institutionibus vel simpli
cibus contineat casus mixtus l si ita scriptum ff de lib. et post
no[n] continet in fideicomissis l in conditionibus §° fin ff de
conditio et demonst. Ad 5um de tempore idem dicendum e[st] l ii
ita quis ff de vulgari l pater filiu[m] §° fundum ff de legatis
3 l heredibus in principio ff ad S.C. Treb. Ad 6um et ultimum
circa iudicia s. an in dubio sit pro fideicomisso vel contra
iudicandum respondet in dubio bona omnia debere libera
et alienabilia sine onere fideicomissi iudicari per tx in l
si fuerit ff de rebus dubijs l altius C de seruitutibus. Neque
obstat tx in d l ex facto §° si quis autem quia respondeo ibi
absque ullo fauore iudicari sine liberis decessisse eum cu
ius filius simul cum patre casu mortuus e[st] ut explicat Couaru-

2º variar. cap. 7 nº 6 Peregrinus d. articulo 1 ex nº 23 usque ad nº 95 et sic absolvitur nostra rubrica

Ad l. 1 et 2 C. De fideicomissis a Licentiato Paniagua

Socano 1605

Dificilem et singularem hanc decisionem dicunt doctores in prefati et ultra ordinarios in presenti et in l. cum de in rem verso ff de usuris explicant Curtius et alii repetentes in l. si certis annis C. de pactis Couarruvias in regula possessor 2ª p. § 9 nº 2 Mines ... controversiarum illustrium cap. 56, 58 et 61 Pilcius questionum ... cap. 21 Petrus ... indas in tractatu de alimentis tit. 6 privilegio 22 Cuiacius lib. 19 questionum Papiniani cap. 1 ad d. legem cum de in rem verso Antonius Faber lib. 7 coniecturarum cap. 8 et 9 et cum post eorum scripta sit utilis noster labor clarioris disciplinae gratia in quatuor questiones dividendum duxi hanc singularem tractatum prior est cuius temporis prestatio et quod actus sint necessarii ad inducendam obligationem solvendi annum fideicomissum in minus solemni testamento relictum altera utrum solutio trium annorum sit sufficiens ad inducendam obligationem in futurum 3º quo iure in nostro tex. potuerit agi de futuris alimentis 4º utrum sicut ex solutione inducitur obligatio in futurum ita etiam non solvendo induci possit liberatio Nº 1

Ad primam igitur questionem necessario ... premittere debes primo ... alias ... in qua fuit relictum fideicomissum dico in presenti fuisse minus solemne et invalidum ex aliqua causa de qua ... decemus quod constat ex litera tex. et ex ea ratione quia si validum fuisset Nº 2

solemnis a principio deberet fideicommisso alimentorum ex reg ula tx in l cum unus §o. l l libertis 28 §o. l de alimentis leg atis

N 3 — 2o. premitte fideicommisso relicta in voluntate minus solemni non deberi l si iurito 23 l ex ttto. 29 §. sec ttto. l ex imperfecto ff de legatis 3 nam licet fideicommissa ex equitate naturali dependant ut in principio instit. de fidei heredit. tamen postquam a lege civili sunt probata non fuerunt relicta in terminis naturalibus sed ad civilem solemnitatem redacta sicut in pactis dicimus quorum ob servatio ex naturali ratione dependet l i ff de pactis non tamen omnia pacta debet observari sed tantum solem nia l iuris gentium 7 §o. igitur nuda ff de pactis et idem in omni testamentorum observatione dicendum est cum ttta. quae ex iure gentium originem ducere docent omnes in rubrica instit. de ttis et latissime prosequitur Menochius de successione crea tione Libr. i §o. i per totum a iure civili ad solemnitatem sunt reducta qua pretermissa inutile ttum fit l si quis [illegible] Zamus 4 ff de ttis l testandi causa C eodem tto. quod digit solet dici fideicommissa ex sola voluntate etiam signis aut conniventiis explicata induci in l penult. ff de leg. i l cum proponebat 66 l penult. §o. fin ff de leg 2 l heredis mei 57 §o. cum ita ff ad SC Treb. intelligi debet ita ut illa voluntas sive expressa sive coniecturata ex solemni voluntate colligatur unde intelligis tx in l et in epistola 22 ibi adhibitis testibus §. sec ttto. cuius verba non de duobus aut tribus testibus sunt intelligenda ex regula legis ubi numerus ff de testibus sed potius de quinque testibus 2um natu ram

naturā ultimę voluntatis arguto tx in l fin § de codicillis et in l fin J. de donationibus causa mortis docet glosa in l. verbo litteras § de codicillis explicat mātica lib. i de cō iecturis ttᵒ. ii nᵒ. 2

Nº 4

Cui resolutioni nō obstat tx in l fin ff de re. bus coriō: dū probat 2ᵘˢ, comanū alegationem ex ttᵒ. minus solemni aut aliter inutili colligi voluntatē defuncti quę si in fideicomissis observanda est eam constat ex inutili ttᵒ. quia respondendū ē eam regulam generaliter sic tam verā nō videri et differentiā esse constituendam inter ttᵐ. irritū et ttᵐ. minus solemne ex ea ratione quoniam ttᵐ. irritū non ad ita servō vati ut in l i ff de iniusto rupto uelsi testator fuisset capite minutus ut docet glosa in d l fin quā sequit mātica lib 2 de coniecturis ttᵒ. 3 nᵒ. 2 ab initio perfectū ē adque ita potest ex eo volūtas declarari ttᵐ. autem minus solemne omni tempore imperfectū ē adque ideo nō potest ex eo volūtas colligi quā interpretationē sequit Joanes Anibal in repetitiō ne legis nemo potest ff de legatis i. nᵒ. 181 sed eam interpretatiō nem improbat mantica d ttᵒ. 20 nᵒ. sex tx in l 2 C de confirmā do tutore l 3 ff eodem ttᵒ. et ex nostra l. 2ª. quibus constat ex ttᵒ. minus solemni declarari defuncti voluntatē quare respon dendū ē ex ttᵒ. quocumque modo invalido explicari volunta tem defuncti non tamē ex ea voluntate indui dispositionem quia non omnis voluntas sed solemnis tantū disponit sufficit tamē ad declarationem alterius voluntatis solemnis ut explicat Mantica ubi § et ad alios effectus ut colligit ex juribus § et alijs in quibus sinosumbas quę colligit ex ttᵒ. imperfecto esse sufficiens non requirerit judicis aut servdis confirmatiō

Cui resolutioni non obstabit tx in d l fin in qua uoluntas minus solemnis induxit dispositionem quia pro resolutione ad uerto oratione Diui Seueri relata in l 1 ff de rebus eorum qui prohibet alienatio rerum minoris testatoribus permitti licentiam aliena(n)di tutoribus aut curatoribus dare et prohibere alienationem rerum quae uendi poterunt ut in specie tx in l 2 C de usucapione pro emptore testatori git in d l fin. permisit alienare curatoris statim cognita uoluntate alienauerunt existimates testamentum ualidum esse postea aparuit esse irritum quaerebat an alienatio esset facta contra orationem Diui Seueri Respondit Iurisconsultus legitime factam esse ratio e[st] qu[ia] eo tempore quo facta e[st] nondum aparebat testamentum esse irritum et quod semel legitime factum e[st] durat l in ambiguis 85 uersiculo non e[st] nouum ff de regulis Juris cap. factum legitime eodem titulo lib 6 quod si curator alienasset postquam aparuisset testamentum irritum esse sine dubio Jurisconsultus responderet alinationem factam esse contra orationem diui Seueri ut constat ex uerbis tx ibi quod postea irritum esse aparuit quae uerba ostendunt aliud dicendum esse si ante uenditionem aparuisset et sic uide et uera interpretatio d. l fin.

N. 5 3º premitenda e[st] disputatio utrum ex testamento minus solemni nascat obligatio naturalis quia pro uaueri mus opinionem quae docet naturalem obligationem nasci constabit manifeste ratio quare in nostra l 1 et 2º non admitat repetitio soluti fideicomissi in qua quaestione obligationem naturalem nasci probat tx in l 1 et in l fin ubi notat Baldus C ad l falcidiam l 1 ubi notat Auerius et l 2 ff de condictione indebiti probat Ulpianus in fragmentis titulo 24 de legatis uersiculo fin. ibi legatorum perperam solutorum repetitio non e[st]

g.

q.o erat obligatio naturalis qua impedit repetitio l. naturali
ter 13 ff de conditione indebiti. Preterea id probat Iustini. in
l. fin. §. hoc tt.o in qua si heres confiteatur tt.um ab eo factum fuisse cuius
ipse hereditatem possidet quamvis dicat et apareat sine solemnitate
testam.tum tt.us factum fuisse debet solvere fideicomisso q.o ex eo tt.o
natum fuit obligatio non solum naturalis sed civilis maxime quia
solemnitas tt.ri e inducta a lege ad vitandas falsitates d. l. fin
versiculo lex etenim resecans q.o falsitate ubi cumque constet tt.um
a defuncto conditum fuisse cessabit legis presumptio et consequen
ter ex ea voluntate orietur naturalis obligatio que cum resultet
ex constitutionibus iuris gentium l. in amplius §.o his natura
debet ff de regulis iuris ex tt.o facto 2.us iur gentium rite nascit
quamvis solemnitas civilis deficiat sicut in pactis in quibus
§ diximus n.o 3 legem civilem solemnitatem induxisse
qua deficiente deficit civilis obligatio cum tamen pactum
remaneat in terminis iuris gentium nascit obligatio natu
ralis q.o idem in tt.o dicendum e quo argumento utit glosa
in l. si post divisionem C de iuris et facti ignorantia. Denique
pro hac sententia facit tx. in l. in tt.o 38 ff de fideicomissa
riis libert. et eam sententiam tenet glosa in iuribus § ita
bis et in l. cuiquis C de iuris et fac. ignor. quam sententiam dicunt
comuniorem pluribus relatis Iuanes Gutierres in l. nemo potest
ff de legatis 1 n.o 457 et quibus Menesses in d. l. cuiquis n.o 1
Menchaca d. libro 1 §.o 1 n.o 22 Covarruvias in cap. cum esses de tt.is
n.o 5 Mantica de coniecturis libro 2 tt.o 13 n.o 3. et tt.o 14 per totum
Gutierres libro 2 canonicarum cap. 25 n.o 11 Matienso in l. 1 tt.o 4
libro 5 recopil. gloso 10 n.o 13 et pro ea sententia solet induci tx.
in l. 3 tt.o 14 p.ta 5 ubi Gregorius Lopez verbo acabada mente et
re

refert pluris Sauallos in speculo practicaru q.e 71 n.o 7 et 11 ctq.e 137 inde deducentes teneri heredem in foro concientie solue re relicta in tto. minus solemni et posse heredem institutum in tali tto. in foro concientie retinere hereditatem et legatarios retinere in utroque foro possessionem reru sibi traditarum ex minus solemni voluntate vt refert Costa in cap.o si pater 1.o p.e verbo in suo tto. n.o 14 et heredem posse compelli ad implementu voluntatis no solemnis per denuntiationem euangelicam de qua in cap.o nouit de Judiciis et denique de Jure canonico ex tto. cum duobus testibus condito resultare obligationem eficacem ex tx in d cap.o cu esses de tto.is per quem tx ita decet comunis qua pluribus relatis resoluit Couaru. ibi n.o 12 Julius Clarus lib. 3. sententiaru s.o tto.us questione 57. Fello. Hernandez in l 3 tauri 1.a parte n.o 11 Duenas regula 314 n.o 13.

N 6 Sed contraria sententia s. ex tto. minus solemni non nasci obligationem naturalem probant fortissima argu.ta Primo ex tx in l si veritas ss. de tto. duplici inductione prior e in prioribus verbis ibi si veritas et solemnitas ex quibus equi parat in tto. defectus veritatis et solemnitatis adeo ut tto.m minus solemne reputet falsu l iubemus in fine C de tto.is prosequit Mantica d tto. 13 n.o 1 sed deficiente veritate ex tto. falso no nascit obligatio naturalis q.e neque ex tto. minus so lemni. altera inductio e in verbis ibi stipulantibus pro misisti ex quibus constat stipulationem requiri ad inducenda obligationem soluendi relicta in tto. minus solemni que stipulatio no esset necessaria si ex illo tto. nata esset obliga tio naturalis sed sufficeret pactu nudu quia quod natura liter debet si ex pacto promittat incipit deberi ciuiliter l fin C

C. ad l. falci. docet Baldus ibi Jason n.° 11 in rubrica ff de verborum obligatio, et ibi Rippa n.° 36

2.° hec sententia probari videtur in l. si creditoris 17 §. hoc tt.° ubi ad inducendam exceptionem in favorem debitoris cui in tt.° liberatio legata est requirit tt.um fuisse solemne sed si ex eo tt.° minus solemni nata fuisset obligatio naturalis consequenter nasceretur exceptio d. l. iuris gentium §.° igitur ratio q.° ex tt.° minus solemni in illo tx. non fuit nata obligatio naturalis

3.° induxit tx in nostra l. 2. in qua ad impediendam repetitionem fideicomissi relicti in tt.° minus solemni et indebite soluti est necessaria scientia heredis soluentis alioquin fideicomissum repeti potuisset l. fideicomissum 7. C. de conditione indebiti q.° illud fideicomissum non debebat naturaliter quia si deberet non esset necessaria scientia soluentis sed sufficeret naturalis obligatio ad impediendam repetitionem ex regula l. naturaliter 13 ff de conditio. indebi

4.° probat hec sententia quia nulla est persona que ex tt.° minus solemni naturaliter possit obligari quia ipse testator non remanet obligatus ut in terminis docet Baldus in l. eam quam §. hoc tt.° n.° 5 heres autem institutus in eo tt.° non tenetur quia quamvis ipse sit heres ab intestato succedit suo iure et tanquam diversa persona arguento tx in l. si pater §.° qui duos ff de adoptionibus si vero heres scriptus non sit heres ab intestato sed succedat alter tunc nullus contenebitur ut expresse probat tx in l. 2 §.° 1. in l. sequenti ff de conditione indebiti q.° nulla est persona que ex tt.° minus solemni possit naturaliter obligari

Paniagua

Sº fuit nª aut ttt.º e imperfectu ratione voluntatis et tunc constat nullam obligationem ex eo nasci l si quis 25 ff de ttt.is aut e ttt.us falsum inoficiosum irritum vel rruptum et tunc constat idem dicendum esse d l 2 §º 1 ff de cond. indeb. aut e imperfectu ratione solemnitatis et tunc idem videtur probandum quia ttt.us minus solemne nõ e ttt.us l si quis legatum 2º responso ff ad l corneliam de falsis et est ipso iure nullum l si vnus C de ttt.is et deficit in eo forma substantialis Vt docet Jason in l nemo potest ff de legatis 1 prima lectura nº 15 et 2ª lectura nº 21 Juanes Gutierrez in repetitione eiusdem legis nº 229 Matienzo in d l 1 ttº 4 lib. 5 recopilationis glosa 4 nº 10 et quoties actus peccat in forma substantiali nõ nascit obligatio naturalis l 1 §º si quis ita ff de verborum obligat. quibus et alijs fundamentis eam sententiam defendunt plures quos referunt Menchaca Juanes Gutierez et Matienzo in locis citatis 5 nº precedenti inde inferentes neque in foro conscientiae obligationem nasci nec peti posse per denunciatione evangelicam nec deberi Jure canonico nec soluta legata per exceptione posse retineri contra 5 dicta numero precedenti

Nº 1 Qua sententia retenta nõ obstant argumenta contrariae opinionis quia ad 1.um ex l 1 et fin C ad l falcid. respondet diversam esse causam legati quod soluit vltra quantitatem permissam lege falcidia et legati relicti in ttº minus solemni quia ylo casu deficit perfecta voluntas ad inducendam obligatione in illa autem adest voluntas perfecta et sufficiens ex qua nascat obligatio et licet talis voluntas sit contra legem prohibitivam et resistentem quia

gu

sufficit ad inducendam tollendam obligationem naturalem argumento
lex in l ubi lex ff de fideiussoribus et quamvis lex falcidia
ipso Jure diminuat legata excedentia quantitatem permi
ssam lege Lincam margaritas l Placuius ff ad l falcidiam
et ideo naturaliter non deberi eam quantitatem doceant
Petrus Sinus et Baldus et fulgosius in l cum quis C de Juris et fac
ti ignorantia ubi Romanus nº. 9 et probat eo argumento quia
quando heres adit hereditatem quamvis ex quasi contractu teneat
ad solutionem legatorum l qui cum alio ff de regulis Juris non ta
men consentit soluere legata ultra quantitatem permi
ssam adeo ut quamvis expresse promittat se soluturum legata
nisi dicat integra non tenebit ultra l quantitatem ut dicto ut
Baldus nº. 1 in d l fin tamen hec omnia procedunt quando
constat de voluntate heredis volentis uti beneficio legis
falcidie at vero si constet de contraria voluntate omnia
legata debent iure naturali et ciuili et ideo merito omni
Jure ea legata deberi dixit imperator in d l 1 C ad l falc. et
Jurisconsultus in l si patronus ff de donationibus ideo que me
rito dixit Donellus in d l 1 nº. 2 ea legata aut omni Jure
aut nullo Jure deberi et non posse dari medium quia aut constat
heredem velle uti beneficio legis aut nolle primo casu nullo
Jure debet et ideo si soluat repetere potest d l 2 ff de condi
ctio. indebiti 2º. vero casu omni Jure debet d l 1 et fin quod pro
cedit quando constat de voluntate testatoris solemni ad vero quan
do voluntas deficit non nascit obligatio naturalis

2º. non obstant verba Vlpiani d tit. 29 § relata
nº. 5 que adeo sunt difficilia ut Curacius ibi existimauerit tollen
dam negationem aut saltim illa verba referenda ad legata relicta Nº 8
in

incertis personis aut per damnationem quae soluta repeti non possunt §. incertis et secundo inst. de legatis §. fin. inst. de oblig. quae ex quasi nas. quae iura non procedunt ubi legata relinquuntur minus solemniter sed si haec interpretatio cuiquam displiceat poterit intelligere ex ind. versiculo fin. 2us. specie ut precedentibus in quo Ulpianus locutus fuit de legatis excedentibus quantitatem lege falcidia permissam quae si soluant docet repeti non posse dummodo solvant scienter 2us. 5 dicta

N.9 Tertio non obstat tex. in l. fin. §. hoc tit. cuius difficultas varias habet doctorum interpretationes ex quibus communiter recepta est 4a. interpretatio glossae ibi dicentis heredem in d. l. fin. prius negasse fideicomissum relictum esse et postea delato ei iuramento vel recusasse iuramentum suscipere vel eo suscepto fuisse confessum aut aliter fuisse probatum fideicomissum et tunc heredem voluisse recurrere ad defectum solemnitatis quo casu audiendus non est in poenam prioris negationis quam interpretationem receptissimam esse pluribus relatis docet Covarruvias in cap. indicante n. 1 de tit. Mantica libro 2 de coniecturis tit. 13 n. 5 Joannes Gutierres in d. l. nemo potest n. 144 qui docet eam sententiam in iudiciis observari solitam et probari videtur ex Justiniano in §. fin. inst. de fideicomm. hereditati. ibi negando ita rem esse subsecutam et ibi postquam negaverit ubi Balduinus n. 12 in illis verbis contineri rationem dispendendi illius dispositionis docet et confirmat ex §. fin. inst. de oblig. quae ex quasi nas. ubi Justinianus docet per infitiationem aliquando effici ut indebitum solutum repeti non possit et proponit duo exempla legis aquiliae et legati in quo si per damnationem relictum esset olim negatio precedens im

impediebat repetitionem quod Justinianus ad omnia legata et consequenter ad fideicomissa extendisse videt

Sed quamvis hec interpretatio receptissima sit non tamen constat ex verbis d. l. fin. negationem praecessisse neque ad delationem juramenti erat negatio necessaria cum potuisset in principio litis deferri. Nec superiorem sententiam probat tx in d. §o fin. de oblig. que ex quasi contr. quia decisio Justiniani in illo tx tantum pertinet ad legata pia ut ex verbis constat et ideo longe differt a dispositione d. l. fin.

Quare omissis varijs interpretationibus quas referunt Covarruvias et Gutierres ubi s. Menchaca de successionum creatione §o 23 ex no 1 Forcatulus dialogo 14 Alciatus lib. 1 paradoxorum cap. 7 et 14 Mantica ubi s. illa in scolis recepta est interpretatio quam tradidit primarius legum praeceptor quem refert Antonius Picchardo in d. §o fin. instit. de fideico. heredit. et sequit Donelus in d. l. fin. no 3 s. testatorem nulla juris solemnitate aut scriptura reliquisse fideicomissum sed tacite in solam fidem heredis voluntatem suam contulisse ut ex illo tx ibi sine scriptura et presentia testium que fideicomissa tacita probare voluit Justinianus sicut olim expressa et solemnia confirmauit Augustus igit Justinianus in d. l. fin. non corrigit antiqua jura requirentia solemnem voluntatem ad validitatem fideicomissorum sed ea in sua specie firma relinquens novum casum disponit quo fideicomissa ex negotio gesto inter heredem et defunctum valida reputent quam interpretationem in scolis receptam sequit Donelus in d. l. fin. no 3 et faciunt pro ea que tradit Menchaca d. §o 23 no 10 ubi docet eam constitutionem Justiniani

ani in fideicomissis tantũ nõ autem in legatis prouenerat differentia post Justinianũ inter legata et fideicomissa remanente 2ᵘˢ quam interpretationẽ ille tx nõ probat ex ttᵒ minus solemni naqui obligationẽ naturalem sed fideicomissũ tantũ absque ttᵒ relictũ soluendũ esse si constet de uoluntate testatoris

Nᵒ 10 Neque obstat 4ᵘˢ argũtũ contrariæ opinionis § ad ictũ nᵒ 5 ex eo quod lex ciuilis induxerit solemnitatẽ sit fundata presũptiõne falsitatis qua cessante cessare debet eius dispositiõ quia respondeo leges inducentes solemnitatem iustas esse et in certo fundatas non autem in presumptione tantũ. Primũ § iustos esse nemo negauit et late probant Couarruuias in d. capᵒ cũ esses nᵒ 6 Antonius Gomes in l 3 tauri nᵒ 123 Salon ibi nᵒ 1432 Menchaca de successiõnũ creatione §ᵒ 2ᵒ nᵒ 7. 2ᵘᵐ autem § legem non fundari sola presũptione varijs rationibus probant Antonius Gomes et Salon vbi s. Menezes in d l cũ quis C de juris et facti ignor. nᵒ 14 Couarruuias in d capᵒ cum esses nᵒ 9 Matienzo dᵃ glosa ioᵃ 15 ex quibus rationibus ea precipua videtur legem inducentẽ solemnitatem nõ habuisse causam finalem presũptionem falsitatis sed in ~~[illegible]~~ publicũ tantum eo quæ legem permitteret testatoribus disponere de rebus suis in tempus quo eorum non sunt contra regulam l quod sponsæ C de don. ante nup. ut constet de uoluntate disponendi certam formam et solemnitatem induxisse qua nõ seruata deficit permissio legis. Preterea in hac specie duplex reperit constitutio legis prior quæ induxit solemnitatem altera quæ reddit ttᵘᵐ nullum ipso jure solemnitate deficiente quæ dispositiõ nõ

nō fundat in p̄sumptione sed in re certa s. in defectu solemni
tatis quā defuisse certū ē

Non obst. 5.us fundam.tu ex eo quod sicut pacta N.o 11
vedacta ad formā lege civili forma nō servata producunt
obligationem naturalem ita etiam testt.a forma civili non
servata obligationē naturalem debebant p̄ducere. Quia res
pondeo quod licet testt.a habeant originē de Iure gentiū 2.us recep
tam opinionem nō admissa contraria quam defendit Mi
chael de Iustitia n.o 5 tamē ex eis non servata forma nō nascit
obligatio naturalis quod etiam in contractibus quibus lex ciui
lis certam et specialem formā dedit observat ut apparet in sti
pulatione ex qua forma deficiente nō nascit obligatio natu
ralis d. l. 1. §.o si quis ita ff de verborū obligatio. quod nō proce
dit in pactis quia lex civilis nō prescripsit certam formā
contractibus ita ut pactū nudū propria forma careat sed tātū
ne passim inducerent obligationes constituit obligationem
civilem ex illis pactis nō nasci et in testt.o forma deficiente
non nascit obligatio naturalis sicut in stipulatione

Neque obstat dicere stipulationē esse iuris N.o 12
civilis et ideo potuisse legem tollere obligationem naturalem
nō autē in testt.o inducto Iure gentiū quia respondeo in stipu
latione adesse consensū ex quo Iure gentiū nascit obligatio et tamē
lex civilis adscribens certam formā potuit inducere ne ex eo
consensu nascat obligatio ergo idem potuit facere in testt.o

Denique non obstat tx in l. in testt.o 38 ff de fidei
commissariis libert. quia omissa solutione dicentium eū tx pro
cedere favore libertatis, et pietatis ex qua solutum repeti nō potest
ex l. cum his 32 §.o mulier ff de condictione indeb. respondeo
ibi

Ad l. i. et 2

ibi heredes scientes ttt.um esse nullum ut constat ex verbis ibi cum omnia ut ab intestato cogerent prestitisse fideicomissum quo casu sequitur repetitio l. quod quis 50 ff de condict. indeb. quo etiam casu procedit tex. in l. 31 tt.o 14 p.a 5. loquitur enim quando heredes scientes ttt.um esse minus solemne fideicomissa persolverunt ut constat ex verbis ibi de sua voluntate quae verba excludunt errorem solventis adque ita iam aparet ex ttt.o minus solemni non nasci obligationem naturalem ex qua resolutione plura infert doctores t. Pratigue prosequitur Marescio d. glosa 10 ubi tandem resolvit Jure canonico in terris sub ditis pontificibus romanis observandam esse dispositionem tex. in d. cap. cum esses extra de ttt.is et sufficere in quolibet ttt.o duos testes simul cum parrocho ut cum communiori opinione resolvit Covarruvias ibi n.o 12 et in ttt.o ad pios causas duos testes sufficere cap. relatum eodem tt.o de ttt.is

N.o 13 Ex quibus infert in nostris legibus fideicomissa relicta in ttt.o minus solemni fuisse indebita nisi heredes scienter soluissent ut constat ex l. i ibi cum que secutam voluntatem filii et ex l. 2 ibi comperta voluntate defuncti et ibi cum non ex sola scriptura sed ex conscientia relicti fideicomissi et ita docet Bart. in d. l. 2 ante n.um i. Jason ibi in principio Meneses n.o i Paulus Castrensis in l. i n.o 3 ubi Joson ante n.um i versiculo 3.o et melius Fulgosius n.o 5 Donelus n.o 2 quae interpretatio non est divinatoria ut dixit Angelus in previ in lectura florentina quam colligit ex verbis 3 alegatis quae ad heredem ignorantem referri non possunt cum ignorans non dicat compertam habere et sequi defuncti voluntatem arguento tex. in l. mater decedens 19 versiculo nec enim ff de inofi cioso ttt.o l. cum ttt.o c. de Juris et fac. ignorantia q.a heres volunta

ta

voluntati defuncti que dupliciter modo confirmari solet aut facto aut verbo. Facto solvendo fideicomissum ut in his legibus et in l. fin. in principio ff. ad l. falcidiam versiculo promisso solutionum fideicomissa ut in l. si veritas ff. hoc tit. et in d. l. fin. in fine. Sed utrum eo casu sufficiat ad confirmationem pactum nudum vel sit necessaria stipulatio solet dubitari et verius e jure communi necessariam esse stipulationem ex d. l. si veritas ibi stipulantibus promissi versiculo ex eo querit pactum nudum per se inefficax est d. l. jurisgentium §. igitur nuda et cum imperfecta voluntas sit nulla non est dubium cui accedat pactum subsecutum et ideo erit necessaria stipulatio adque ita debet intelligi tex in l. non dubium §. de tit. et docet Acurt. ibi Menesis in l. cum quis C. de juris et facti ignorantia Donelin l. si* quod tamen procedit de jure communi jure autem regio non erit necessaria stipulatio ex l. 2 tt. 16 lib. 5 recopilationis

*si veritas numero finali

N. 14 In tacita autem confirmatione voluntatis que in facto consistit querit prior questio ex § propositis n. 1 quot ac tus sint necessarij ad inducendam eam confirmationem in qua questione distinguendum est aut fideicomissum consistit in unica prestatione aut in pluribus. primo casu facta solutione si totum quod relictum est solvat non competit repetitio ex nostra l. 2 quia qui solvit sciens ttum fuisse inutile aut existimabat se non debere et tunc non repetit ex regula tex in l. quod quis so ff. de condic. indeb. aut existimabat se debere et eo casu non repetit quia error juris non prodest ad repetitionem l. cum quis C. de juris et fac. ig. si autem non totum fideicomissum sed partem eius solvat querit an sit inducta obligatio ad partem remanentem et inductam esse negavit Acurtius in hac l. 2 verbo prestiterunt per tex in l. fin. C. ne uxor pro marito ubi mater solvens partem debiti pro filio non tenet ad alteram partem quia con

consiliy debet regulari 2ᵘᵐ actui ex quo deduxit et ita actus si
militatis producet consensum simultaneum ut ex eo tx notavit Deci
us in cap. 1 nº 24 extra de Judicijs facit tx. in l voluntarij
12 C de excusationibus tutorum ex qua opinione deduxit
multo minus teneri heredem qui solvit unum legatum ex testamento
minus solemni ad solutionem aliorum legatorum ex eodem testamento
quia potuit ipse in persona unius legatarij vel in causa
unius legati ex proprio vel testatoris affectu aprobare voluntatem
talem quae non debet extendi ad alias personas vel causas quam
opinionem sequitur Aurelius in d l non dubium verbo agnoverit § dicti 4 et post antiquiores ibi sequitur Bart. nº 2 Fulgo
sius et Alexander nº 3 dicit communem Jason in l penult. nº 2
ff de conditione ob turpem causam Julius Clarus lib 3 recep
tarum sententiarum q. 90 nº fin. Menoch. in hac l 2 nº 2
pro qua sententia facit tx in l Lucius 88 § testator
ff de legatis secundo ubi 2ᵘᵐ lecturam Azonis quam re
fert quam refert Aurelius ibi probat heredem solventem unum
legatum ante tempus quo solvere debebat non tenetur solvere
alia legata ante tempus a testatore destinatum

Nº 15 Sed contraria sententia videtur probari in authen
tica sed cum testator j. ad l falcid. ubi heres solvens unum legatum
non deducta 4ª ad omnia legata integre persolvenda tenetur
facit etiam tx in l in testamento 38 ff de fideico. liber. ubi heredes
solventes fideicommissum libertatis ex testamento minus solemni tenentur
solvere aliud legatum eidem legatario relictum facit etiam
regula tx in l 1. § si spe ff de pollicitationibus et in l si
filius 7 § fin ff ad S.C. Macedonianum cum alijs adductis
ab Aurelio ibi glosa fin. Denique facit tx. in l si fideico
missum 50. § fin ff de Judicijs ex quo 2ᵘᵐ opinionem Angeli
in

in Bar. l. i n°. 5 probat cū qui certo loco quo nō debebat recipit solvere fideicomissū debere vi ligum in eodem loco solvere

Sed nō obstantibus his argumentis prior sententia retinenda ē quę confirmat ex vulgari coniectura quā proponit I.C.tus in l. Arrianus ff de oblig. et act. et in l. cū de indebito ff de probationibus et ideo hęc sententia defendi debet quamvis non probet in d. l. huius §°. testator cuius verbis non recte convenit lectura Azonis quamvis in se vera sit ut docet Cumanus ibi ad literam tamē illius §i. verior ē lectura quā 1°. loco retulit Accursius ibi et probant communiter omnes sicc alia lectura quā proponit Cuiacius lib. 2 responsorum Scevolę in d. §°. testator. f. heredem solventē vni legatario ante tempus nō posse inter esse proveniens ex immatura solutione imputare alijs legatarijs ut sic faciat locum detractioni q.a falcidię superiore itaque recenta sententia nō obstat tx in d. authentica sed cū testator quia respōdit Accursius in locis s. citatis ideo in illa specie obligationem Cinduci quia legatū integrū naturaliter saltim debebat quam opinionem sequunt communiter s. citati et Cumanus in d §°. testator in fine Donellus in d l nō dubiū s. de tt.lo n.°4 et faciunt quę s. diximus n°.7.

Sed tādiu ē difficilis hęc interpretatio quia licet verū sit legata ex voluntate heredis nō tenbit ius lege falcidia omni iure deberi ut ibi resolvimus tamē nō ē facile ex solutione unius legati ad omnia in tt.lo relicta voluntatē extendere cū potuerit heres illi legatario donare voluisse et ideo respondendū est quod sicut ex solutione unius legati nō dicitur vel ratificasse omnia legata in tt.lo. inutili relicta ita etiā ex solutione unius legati pro quo falcidia nō erat deducenda conicitur ad omnia le

28

N.° 16

Fantagium

legata ut probat ex tx in l quod de bonis §. no it sunt eo ff ad l.
falcidiam quia si consensus expressus no erat sufficiens d l quod
C de bonis §. frater quod explicat Cuxacius no uela et Suanus Gu
tierrus in Primo potest ff de legatis 1 n°. 302 multo minus taci
tus consensus debuit sufficiens judicari nisi adesset noua dispositio
Justiniani qui sicut ex consensu expresso posse renuntiari legi
falcidiae docuit in l fin. C ad l falcidia ita etiam ex consensu
tacito idem fieri posse induxit in d auth.ca sed cum testator quae no
ua dispositio ad alios casus extendenda no est ex uulgari regula
l praecipimus in fine J. de appellationibus maxime ubi adest
ratio diuersitatis cum Justinianus loquatur in test.o solemni nos
tra autem quaestio in test.o imperfecto procedat

n°. 17 2°. no obstat tx in d l in test.o ff de fidei. libert quia
omissis aliorum interpretationibus respondeo fideicommissum ibi no deberi
tantum ex uoluntate heredis sed ex eo quoniam test.um factum inter liberos
habet clausulam codicillarem quamuis no exprimatur ut docet glossa uer
bo no ualuit in l cum filius ff de uulg. communiter recepta 2ª fimola
ibi n°. 14 Alexandrum n°. 10 Aretinum n°. 3 Jasonem n°. 18 et alios
quos refert Menesius in l si frater J. Secundo n°. 13 quae clausula
no solum operatur in relictis ipsis met liberis sed etiam in relictis
omnibus personis ad quas ex particulari affectione testatoris potest
mus extendere coniecturam uoluntatis et ideo in d l in test.o debent
fideicommissa ratione personae quod demonstrant uerba l. ibi
aliunde sue et ibi quam pater dilexisset quam interpretationem scribit
Cuxacius in l ex ea scriptura ff qui test.a facere poss. et probat ex
communi doctrina quae docet ratione amicitiae induci clausulam
codicillarem quam ex d l in test.o deducunt communiter doctores ut
docent Aliatus regula 3 praesumptione 28 n°. 28 Firagulus in
l in ugnam uerbo liberis n°. 86 Menesius in l ut test.us C de Juris
et facti ign. n°. 2

3°.

3°. nõ obstat tx in l. 1. §°. reprisse ff de policitationibus quia respondeo policitatione facta rei publice de qua loquitur ille textus aperte ex verbis precedentibus nõ producere obligatione si fiat sine causa ea ratione quia ut docet Ubezembeguius in rubrica illius tti n°. 2 nõ constat de voluntate deliberata promitentis. Unde si appareat deliberata voluntas nascit obligatio et cũ incipiens opus promissũ facere deliberatam voluntate ostendat nõ ex solutione sed ex promitione precedenti nascit obligatio quia qd. amodo traditione rei incipit ustiri nuda pactio.

4°. nõ obstat tx in d l. item si filius 1 §°. fin ff ad S.C. Madoñi quia dũ probat patre solvente partem debiti cessare in totũ S.C.i exceptionẽ respondeo in eo S.C°. receptũ esse ut sola patris scientia sufficiat ad excludendam exceptionem quoniam eo casu cesset ratio S.C.i proposita in l. 1. ff illo tto. ut docet Fulgosius in d l. item si filius §°. interdum n°. 3. ideoque ex solutione partis nõ nascit nova obligatio sed qua nata erat ex precedenti contractu cessante exceptione S.C.i ex consensu patris confirmat.

Quod autẽ I.C.us docet filio qui accepit mutuũ patre familias facto solvente partem cessare S.C.m nõ debet intelligi cessare in totum sed tantũ in parte soluta ut contra Aurtiũ docet Fulgosius ibi et probat ex l. sed etsi § in principio ff illo tto. ubi ex traditione pignoris nõ censet confirmasse obligatione nisi in quantitate pignoris traditi. Neque obstat fundamentũ Aurtii dicentis quo ad parte solutã cessare S.C.m etiã si filius adhuc solvisset eoque ideo ut habeat effectũ solutio facta postquam pater familias factus ẽ dicendũ esse in totum debitum S.C.m cessare quia respondeo nõ esse otiosa I.C.i verba quibus statuit patrem familias factũ solvisse quia si solvisset existens in potestate patris pater repetere potuisse l. si filius familias

14

Paniagua
N° 19

14 ff si certu petat d l sed etsi §. si ab alio inveniculo si v°.

Denique nō obstat tx in d l si fideicomissu §. fin quia ex sententia Jasonis in presē li n° 9 quē sequit Menoch n° 6 in fine respondet eū tx procedere in herede qui specialj privilegio poterat se defendere ne certo loco conveniret cui privilegio credit renūtiasse si partem fideicomissi alio loco cōsultus solvat quia eū ex eo consensu res reducat ad terminos Juris communis facilius ind uit volūtas senes v°. quet si Jure comu nō se posset defendere quia tunc sicut ex solutione ante tēpus facta uni legatario nō censet se obligasse ad solutionē alio rū legatorū ante tēpus faciendā ex §. dictis n° 16 ita etiam ex solutione facta in debito loco nō erat inducendus se obligare voluisse cū valeat argutū de tempore ad locū ex tx in l miles ita heredem ff de militari testo.

Sed haec interpretatio divinatoria videt ad tx in d §. fin. in quo Juris cōsultus nō loquit de eo qui Jur speciali poterat se defendere sed generaliter in omni herede qui pro fideicomisso debet cōveniri vel ubi maior pars hereditatis esset vel ubi ipse domiciliū haberet et conventus alio loco si incepit solvere renūtiasse proprio foro videt ea ratione quia exceptio fori ē declinatoria et sicut sibi contestatione credit renūtiata ita etiā solutione quia solvens habet pro condemnato ad quita vel confitens alieno Juditii exceptionē declinatoriā renūtiasse videt ut explicat Fulgosius ibi n° 5 quē sequit Cuiacius in postrema explicatione illius §. quod non fieret si pars fideicomissi soluta esset indebita Vel respondere potest quod sicut ex ratione contractus sortit quis forū cap. fin. extra de foro competenti ita etiā ratione distractus cū valeat argutū de contractu ad distractu habentis ne ff de pactis ad 9 nō ideo solvens certo loco distrahens obli

ga

gatione ibi quasi contrahere videtur et ratione quasi contractus sortitur ibi forum ut in d. §. fin. adque ita iam resolvit superior questio et sequitur ad primum caput

Ad 2um quando fideicomissum consistit in pluribus solutionibus videtur respondendum unam solutionem non sufficere ad inducendam obligationem in futurum ex tx in d. l. non dubium §. dictis ubi si quis sponte agnoverit voluntatem imponit heredi necessitas solvendi in futurum agnoscere autem voluntatem unico actu solutionis fit ex nostra l. 2. et ex §. dictis no. 3 et quae notat Baldus in d. l. non dubium no. 3. Sed contrarium probat ex nostro tx in hac l. 1. ubi constat ad inducendam obligationem non sufficere unicam solutionem sed requiri plures simul cum tempore trienii quia cum sit difficile inducere obligationem ex §. dictis no. 14 et ex d. l. Arrianus unicus actus praeiudicii non debet reputari sufficiens. Neque obstat tx in d. l. non dubium quia respondere potest ibi heredem agnovisse voluntatem in totum vel expresse vel tacite facta solutione quo casu certissimum est non posse postea priori voluntati contravenire adque intelligit Aurtius ibi comuniter receptus et sequitur Donellus in praesenti no. 3 et confirmat ex dicendis ad sequentem questionem N.° 20

2a questio revocat in dubium omnia §. dicta et dispositionem nostre l. 1. quae cavet solutionis trium anorum sufficere ad inducendam obligationem in futurum cuius contrarium probat ex tx. in l. cum de in rem verso §. ff de usuris ubi ad inducendam obligationem non sufficit solutio triennalis sed requirit solutio longi temporis. Longum autem tempus in iure accipit pro decennio maxime ubi agit de alicuius rei vel obligationis prescriptione ut in rubrica et per totum tt. C de pres N.° 21

prescrip. longi temporis. 2º probat. ex tx in l. si certis annis C de pactis ubi etiam presidente pacto nudo nõ sufficit aliquorum annorum solutio ad inducendam obligationem in futurum quam decisionem ad brevis tempus restringere cum Accursio in d. l. cum de in rem verso nõ debemus. 3º facit tx in l. operis 31 ff de operis libert. ubi quamvis libertus solvat operas quas nõ debebat eas que repetere nõ possit l. si nõ sortem § libertus ff de conditione indebiti nõ obligatur in futurum prestare. 4º facit tx in l. creditor C de Usuris ubi nisi ostendant instrumenta vel probatur stipulatio usurarum ex solutione facta non induxit obligatio que jura 2us juris regulas procedere videntur quia ex tempore nõ solet nasci obligatio l. obligationum fere § placet ff de obligationibus et actionibus neque ex solutione cum solutio fiat ad liberationem non autem ad obligationem ad que ideo nõ debet effectum contrarium voluntati agentis operari l. nõ omnis numeratio ff si certum petat. Quod si neque ex solutione nec ex tempore nascit obligatio non potuit produci in nostra l. 2 tt. obligationis deficiente

Nº 22 Quarum difficultatum occasione doctores in presenti et in Juribus s. alegatis varias proponunt nostre l. interpretationes ex quibus communiter recepta e interpretatio glosse in presenti que docet in nostro tx favore ultime voluntatis et alimentorum inductam fuisse obligationem ex solutione triennali quam interpretationem sequunt plures quos refert Benedictus in cap. Raynutius verbo si absque liberis el segundo nº 179 Michalorio controversiarum illustrium cap. 84 nº 42 Menoch. in presenti nº 1 Menochius libro 3. de presumptionibus cap. 131 nº 19 Petrus Surdus in tractatu de alimentis tt. 8 privilegio 22 ubi ad

Leo

legatu pro dote et alia quacumque causa pia et fauorabili idextendit pluribus relatis Duinis sententiis autoribus quod non solum procedit si tempore trienij integra alimenta fuerint soluta sed etiam si non integra dummodo per tempus trienij sedu ta sint. Pro qua ampliatione induxit noster tx. qui eo ra tione mouet quia mater agnouit uoluntate filij quod agnitio uoluntatis non solum fit solutione totius sed solutione partis imo et petitione dilationis ad soluendum l ad solutionem C de re Judicata. Facit etiam tx noster in finalibus uerbis dum pr obat non solum peti posse alimenta futura sed etiam preterita si prestita non sunt quod supponit non integra alimenta soluta fuisse quam ampliationem sequitur Baldus in presenti n.o 12 sunt nec interesset in qua materia sit facta solutio l nu refert ff quando Dies Leg. docet Petrus Surdus ubi s n.o 18 ubi n.o 21 disputat an hoc procedat in alimentis pauperi relictis non autem si diuiti relicti quod et Angelus in d l si certis anis C de pactis pro cedere tantum in alimentis pauperi relictis existimat sed contra rium tenet Salicetus in presenti n.o fin Alexander in d l si certis anis n.o 8 ubi Decius n.o 9 Curtius Junior n.o 15 eo ratione quia alimenta etiam si relinquantur diuiti fauorabilia sunt arguto tx in l cum hi § si maior ff de transactionibus ubi sunt alimenta pauperi relicta non possunt transactione remitti ita etiam relicta diuiti quia testator uidetur considerasse eum posse pauperem effici et ita contra Angelum concludit Jaso in presenti n.o 4 uersiculo 3 singulariter et confirmat ex doctrina Alexandri in d l. si certis annis dum docet nostrum tx dum requirit solutionem trium anorum si loqueret in alimentis pauperi relictis de Jure canonico procedere non posse esset enim fideicommissi

re

Animaduerto igit vulgarem illam iuris regulam quæ habet mutuū in his tantum rebus consistere quæ pondere, numero, et mensura cons tant l. 2. §. mutui datio ff de rebus creditis principio inst.° eodem tit. ita esse intelligendam ut non suffi ciat rem sua natura numerari, ponderari, men surari ve posse sed illud quoqz exigi, ut actus dandi celebretur secundum rei naturam, id ē quod actu aliter ponderet, numeret, aut mensuret ut doc tissime docuit Acurt. in d. §. mutui datiò verbo in creditum licet enim pecunia in numero cōsistat si tamē non numeret, sed subsignata tradat mutua non fiet, quia tunc nihil ab specie differt, l. plane 34. §. 1. l. sed et si sextos 54 ff de legatis primo quo fit ut licet in pecunia subsignata vel numerata N, 16

regularis

regularis consistat depositi contractus tamen si numerata deponat egreditur ea res notissimos depositi terminos l. Lucius l. diesponsaliorum §. 1. l. publia Mevia ff depositi quia transit in accipientem dominium repugnante natura depositi l. licet §. rei depositae ff depositi

N. 17. Denique concidero in specie d. l. cum in corpus pecuniam numeratam seu ad numerum fuisse traditam ut constat ex illis verbis nam si tibi pecuniam numeratam tradam, at vero in specie d. l. si ego non ad numerum sed ut speciem pecuniam traditam fuisse illa verba denotant pecuniam tibi quasi donaturus dedero, raro enim aut nunquam donata pecunia in presentia donatarij traditur numerata. Unde cum Ulpianus ibi dicat fuisse pecuniam ad donationem traditam non incongrue interpretari possumus ut speciem tradi, cum donari pecunia ut species possit l. siquis argentum §. in principio ibi glosa verbo pondus C. de donationibus. Ex quibus fluit iam utriusque responsi vera conciliatio ideo namque in d. l. si ego non fiunt nummi accipientis prout regulare est ex Juliano in d. l. cum in corpus quia etiam sublato dissensu et licet contrahentes in mutuum consentirent contractus non posset valere cum pecunia non numerata sed ut species tradita fuisset

N. 18. Nec huic verissimae interpretationi quid quam

quam obstat ratio a I.C. proposita in d. l. si ego ibi
cum alia opinione dissenserit que denotare videt
ibi dominij translationem impediri non quia
pecunia numerata non fuit sed potius propter
dissensum contrahentium. Quia respondeo illa ver
ba cum alia opinione dissenserit non esse interpre
tanda idest cum alia opinione qua donationis disse
serit, quia verbum alius ad proximiora refertur proxime
autem I.C. non de donatione sed de mutuo mentionem
fecerat. Unde sensus est cum alia opinione qua mutui
id est contractus mutui contraria dissenserit

IN EADEM RUBRICA IBI INDEBITI

Quotuplex sit indebitum et quod indebitum condica
tur late cum glosa Bart. et reliquis disputabimus
in l. 1. ff. hoc tit. quibus absolvit rubrica

AD. L. PRIMAM. ff. HOC TITU. LO DE CONDICTIONE INDEBITI. A LICENTIATO TEXADA HOC ANNO Domini. 1 6 0 7

Qui indebitum solvit quamvis in hoc dare N, 1.
videat vel distrahat potius negotium quam contrahat

L. 4

L. 4 §. his quoque de oblig. et actio. §. his quoque inst.ª quibus modis re contrahit §. item his inst.ª de oblig. quæ ex quasi contractu quia tamen his qui non debitam pecuniam solvit hoc ipso aliquid negotij gessit l. 2. ibi negotium enim contractum ē inter eos l. si in area 33. ff. hoc tit.º ibi hoc ipso aliquid negotij gessit hoc ē ut ego interpretor qui solvit eius voluntatis censet esse ut si solutio non operet liberationem suam operet saltim obligationem accipientis ad restituendum sibi quod accepit veluti ex causa mutui ut docent iura s. relata quoniam eadem actio dat. ex mutuo et ex promutuo sic enim condictionem hanc apellat Cuiatius lib. 8 observat. cap.º 34 quod tamen intelligendum ē dummodo indebite soluta sit res in qua mutuu consistat ex bono autem et equo datur hæc condictio si aliam rem non fungibilem solvi contingat l. indebiti l. hæc condictio. 66. ff. hoc tit.º tradit Vbesem beguius in paratitla huius tit.i n.º 1.)

N.º 2. De hac igit condictione duas brevissimas regulas tradit Vlpianus in presenti sed quæ universam de indebito soluto contineant disputationem. Prima ē qui solvit indebitum scienter repetere nō potest. Secunda qui solvit indebitum ignoranter repetere potest, de his igit sigilatim disputemus et sane primam regulam probat tx. in l. cuius per errorem ff de regulis iuris l. indebitum. 9. C. hoc tit.º l. cum qui. 21. §. 1. ff. de

inoff

ino ff. tit.º L. qui se debere. 1. versiculo sed si cum sciret
J. de condictione causa data. sed de ratione inquiren
dum est communis eam assignat, nam qui sciens se non
debere soluit presumitur a iure animum habuisse do
nandi L. Campanus ff de operis libert. d. L. cuius per
errorem L. donari de regulis iuris L. donari ff de do
nationibus quod vero animo donandi dat hac indebi
ti condictione repeti non posse expresum est in L. in suma
66. §. id quoque de conductio. indeb. facit tex in L. perfecta
donatio. C. de donat. que sub modo L. si donationem C
de reuocandis donat.

Nec obstat numquam esse presumendam N, 3.
donationem L. cum de indebito de probationibus glosa
et Bart. per tex ibi in L. que dotis ff soluto matrimonio
vbi latissime Petrus Barbosa ex n.º 17 Menoc. de arbi
trarijs lib. 2 casu 88. Mascardus de probat. conclusio
ne 554. quia illa regula obtinet quando sumus in du
bio nos autem loquimur de eo qui sciens et prudens
soluit quod scit se non debere volens consulto donare
ita Jasson in L. Jurisgentium §. sed cum nullo n.º 28
J. de pactis idem Jasson consilio 193. lib. 2 in principio
et quos refert plures et secutus est Menochius vbi s. n.º
57. Quo fit ut si clare non constet de scientia sol
ventem cessabit donationis presumptio cum semper
cesset vbi alia coniectura sumi potest L. si cum aurum

50 ubi notat Bart. de solutionibus l. eleganter §. qui reprobos. ff. de pignoratitia actione docent Baldus in presenti in fine Jasson n.° 12 inde que competet solventi repetitio quia potius presumemus errorem quam donationem iuxta glosse doctrinam verbo causam in l. generaliter. C. de non numerata pecunia cum late adductis a Menoquio 5. n.° 3. Mosciardo. 5.

N.° 4. Hinc querit Bart. in presenti n.° 1. an se donatio que facta presumitur ab eo qui indebitum scienter solvit vere et proprie donatio sit ita ut si quingentos solidos excedat debeat insinuari iuxta regulam tx. in l. sancimus C de donationibus in qua quest.° Bart. nihil definit sed nos remitit ad ea que ipse iam scripta relinquerat in l. 1. de donationibus ubi ex n.° 2 distinctione utit de cuius veritate videndi sunt Cast. in l. fideiussor obligari in prin.° ff de fideius. Bald. in l. 2. C de fideicomissis Abbas et reliqui in rubrica extra de donat. Alex consilio 78 collumna fin. volumine 3. Fulgosius l. immo falsa in fine. C. de iuris et facti ignorantia Mainerius in d. l. cuius per errorem n.° 49 Belonus in d. §. sis quoque n.° 11.

N.° 5. Ceterum hec ratio ad ulpia. regulam licet iuris interpretibus vestris que doctissimis preceptoribus mihi semper difficilis visa e ex eo quia ad donationem requirit

requirit etiam scientia l. si ego. 14. de rebus creditis cum adductis s. in rubrica n. 9 et ut receptum premitit Ricciar do in §. inst. de donat. n. 14 et fere omnes iam relati

si igit accipiens quasi debitum recipit non iam erit donatio quod si quis scienter indebitum sibi solu= illud recipiat furtum sane comitit l. quoniam s de condictione furtiva l. falsus. 44. §. sed et si his ff de fur ti gl. ratione donationis presumte regula nostra de fendi non poterit. Cogitabam ego si dici posset ideo sci enter solventi indebitum repetitionem denegari quia his nec tacitam nec expresam voluntatem habet contrahendi et obligandi sibi recipientem quam tamē nesesariam esse ad hoc ut hec condictio competat ex d. l. si in area. 33. s. n. 1. s. advertebam unde qui sic soluit nullam actionem habet sine actione vero neminem in iudicio experiri posse certum ē l. si pupilli 6. §. videamus ff de nego. gest.

Nec obstat d. l. cuius per errorem ubi ētiā si in recipiente non adsit scientia nihilominus dat donatio contra s. tradita. Circa respondeo regu lam illius tx intelligendam esse data scientia recipientis donationem quod verū esse deduces si

advertar

aduertas ad germanam illius L. quae pertinet ad actionem fauianā quae prohibebat libertum in fraudē patroni aliquid donare L. si libertus. 16. §. 1. de iure patronatus nec interest vtrum his cui donat acceperit an vero alij iusserit dare id quod sibi donabat repetit enim et auocat donatio actione fauiana L. 5. ff. si quid in fraudem patroni, et id circo vehementer errat tam libertus qui donat quam his cui donat si firmam esse sibi persuaserint nec reuocari posse donationem a liberto factam in fraudem patroni quae quidem valeret si non per errorem sed cōsulto nec inuito patrono aut in eius fraudem ea fieri cōtigisset cuius enim per errorem dati repetitio ē eius consulto dati donatio ē et ita Julius Paulus agens de actione fauiana lib. 42 ad ędictum scribit ex quo lib. 42 desumta sunt d. lex 5 et d. L. cuius per errorem et hic est verus sensus illorum iurium quem in d. L. cuius per errorem scribit Reuardus ex eo quae deducit donantis et donatarij scientiam presumi.

N.° 7. Nec obstat tx in d. L. donari et in d. L. Campanus pro quorum iurium vera interpretatione obseruā non debere pretorem pati donum munus operas imponi ei qui ex fideicomissi causa manumititur ut autor ē valens. J.C. lib. 6. fideicomissorum relatus in d. L. Campanus in de Papinianus lib. 9 responsorum

relatus

relatus in l. Cerdonem 42 de operis libert. scribit quod si testator ita dixit Serdonem seruum meum manumitti volo ita ut operas manumissus promitat manumissus operas promitere non cogit nam iuri publico deroga re non potuit qui fideicomissariam libertatem dedit quod utique facit ille qui operas ex fideicomissi causa manumissis imponit adeo ut si ita manumissus operas promitat non obliget ita Papin. superiori loco aliud est si cum sciret huiusmodi libertus idse recu sare posse obligari se nullo iure cogente passus sit quia in specie non est inibenda operarum petitio quia donasse videtur id enim donari videtur quod nullo iure cogente concedit ut scribit Vallensis in d. l. Campanus et Papinianus lib. 9 responsorum in d. l. Cerdonem d. l. donari de regulis iuris et in d. l. donari de donat. cuius l. inscriptio quae Papiniano lib. 12 responsorum tribuit vitiosa est et emendari debet ex d. l. Cerdonem it ex d. l. donari de regulis iuris. Quorum iurium haec est vera interpretatio quam agnouit idem Rezardus in alegata l. donari de regulis iuris ex ea quae non du bie colligit donantis et donatarij scientiam interue nisse

Quae cum ita se habeant ociosa redit Bartoli dis putatio in d. l. 1. de donationibus an haec donatio pre sumta si excedat quingentos solidos insinuari debe N, 8.

at

at cum enim in presenti nulla sit donatio non est cur de eius insinuatione queramus

N.° 9. Et sic mihi contra comunem aliquando placuerunt et dum Iustiniani desisionem in §. Si quis quod inst.ª quib. mod. re contrah. auditoribus meis explicui secutus sum nunc vero re maturius perpensa et subtilius considerata mutare sententiam cogor comunem amplecteris rationem s. n.° 2. asignatam nec eam turbat fortissimum illud argumentum contra eo adductum s. n.° 5. quia cum Belono in d. §. Si quis quod n.° 16. respondeo desisionem d. l. quoniam et d. l. falsus procedere quando adest ignorantia ex parte solventis indebitum et scientia ex parte recipientis qua in spetie furtum comitit quia tunc vere dat contrectatio rei aliene fraudulosa que de ratione furti requirit §. 1. inst.ª de oblig. que ex quasi delicto secus vero e quando et is qui solvit scit se nihil debere et ille qui recipit scit etiam sibi nihil deberi qua in spetie donatio presumitur ut in nostro tx d. l. cuius per errorem cum similibus que iura quod generaliter accipiant nihil vetat nec furtum esse potest ea ratione, quia ad hoc ut furtum sit, debet dari contrectatio invito domino §. furtum autem cum sequenti inst.ª de obligationibus que ex quasi delicto ubi cum in presenti at ex voluntate et consensu domini quis rem sibi in

debitam

debitam recipiat furtum comitti nõ potuit ad quē ita manet defensis comunis ratio ad nostram regulam similiterque apparet supervacaneam nõ esse disputationem Bartoli super intimationem huius donationis de qua vide autores s. n.° 4 allegati et h͞ec de prima nostram regula

2ª regula sic se habet qui solvit indebitum ignorantem repetere potest que probatur in pluribus legibus huius tituli et in d. l. cerius per errorem l. a. §. sis quoque de oblig. et actionibus §. sis quoque inst. quibus modis re contrahit. cuius regule ratio ex eo constat quia si qui indebitum ignorans solvit tanti velle dicit ut si talis solutio non cedat in disolutionem obligationis qua se obstrictum putabat, proficiat saltim ad hoc ut ille qui recipit maneat obligatus, nec enim natura æquum e aliquem cum alterius iactura et detrimento fieri locupletiorem l. nam hoc natura 14. ff. de cond. ind. cum si quis erudite tradit Couar. in regula possessor 3.ª p. in princ. § 6 Sara de Cordova in l. si quis a liberis §. si quis ex his n.° 99 de liberis agnoscendis

Sed contra hanc regulam urget nimis dei... tx in l. cum quis C. de iuris et facti ignor. ubi qui solvit indebitum per errorem repetere nõ potest ergo nostra regula indistincte sumpta vera non e, neque tolles difficultatem si dixeris illum tx procedere in solvente N.° 11.

per errorẽ

per errorem iuris secus si per errorem facti quia etiam solutum per errorem iuris repeti posse constat ex tx in l. cum sis 32. §. 1. ubi glossa verbo per imprudentiam J. S. etc.

N°. 12. Quare responde repetitionem indebiti omni iure vel indebiti naturaliter, debiti autem civiliter errorem iuris non impedire et ita esse intelligendum tx. nostrum ex l. si non sortem 26. §. indebitum et §. adeo J. Soc. etc. cons. Turbat 12. §. fin. 1. q.e 4. quo modo etiam accipiendus est tx. in d. l. cum sis §. 1. ubi quia solum remanserit civilis obligatio quia per pactum fuit naturalis sublata l. thesaurum §. naturales ff. de oblig. et act. quo-

+solutionibus

cunque errore solutum repetit ex sicut habes ibi verbo per imprudentiam secus autem est si debitum naturaliter et indebitum civiliter repetat quia tunc error iuris repetitionem impedit ut in d. l. cum quis et in l. error C. ad l. falcidiam ita glosa in presenti et in d. l. cum quis comuniter aprobata ex Jassone ibi n.° 14. Signorolo in d. l. cum quis n.° 8. et ibi Padilla n.° 21. et 23. dico 23.

N°. 13. Bartolus tamen in presenti n.° 2. quo materiam hanc rectius illucidaret quatuor species indebiti constituit aliud enim est indebitum civiliter sed debitum naturaliter aliud indebitum naturaliter sed civiliter debitum, aliud indebitum utroque iure, denique aliud debitum utroque iure sed indebitum per exceptionem

quam

quam distinctionem mutuauit Bart. a glosa nostra et glosa in d. l. cum quis et in d. l. cuius per errorem et in cap.º fin. de solutionibus secunt doctores comuniter sic et in dictis iuribus et hec clarior docendi ratio risa est quidquid aliud vellit Baldus in presenti hac his in rubrica l. nº. 4. Petrus gregorius sintaematum iuris cap.º 26. nº. 4. Vgo donelus comentariorum lib. 12. cap.º 2. et lib. 14. cap.º 11.

De indebito ciuiliter et debito naturaliter huius exemplum constituit in q.ª que de legatis exedentibus dodrantem ab herede per l. falcidiam retineri potest hanc enim debitam esse naturaliter, et ciuiliter indebitam de hoc exemplo et de hac specie indebiti vide D. D. gabriel de Paniagua in preludijs ad l. frater a fratre ff hoc tit.º et de omnibus his spetiebus indebiti a nº. 1. cum reliquis sequenibus sic que finit his tx ad laudem et gloriam omnipotentis Dei nec non deipare adque intemerate marie in hac salmanticensi academia hoc anno 1607. Asistentiato Don Laurentio de Texada et a me Honorato Perez de Pasqual cedula manu scriptus N.º 14

Finis Huius L. 1.º

Paniagua

AD F. x IN L. FRATER AT FRATRE ff DE CONDICTIONE INDEBITI a Lice. Nazaro Paniagua in salmanticensi Academia Socano 1605



Spectres seu casus nostre legis ita potest figurari Sempronius paterfamilias habebat in potestate Filiu et Seium filios suos. Filius peculiu habebat ut ex litera constat et a Seio fratre suo sentum mutuo accepit an ex peculio vel aliunde ex lex non constat ut infra disputabit supponendu que est valuisse mutuu quod qualiter fiat suo loco dicemus et ex eo natam fuisse obligationi que statim Sempronio patri adquisita e ex regula l. placet ff de acquirenda heredit. et cum inter patre et filium no potuerit consistere obligatio civilis. ex §º item inutilis instª de inutilibus stipulatio naturalis tantu remansit obligatio de cuius natura et effectibus late inferius dicendu e sic gº mito contractu Sempronius pater decessit Filio et Seio filijs equali portione heredibus institutis siue ex ttº siue ab intestato Filius frater hereditati paterne intulit peculiu fratri comunicandu lex regula l. certum 13. c famil. ercisciundae in quo peculio erant forte ducenta id quod divisum e inter fratres cu hereditate paterna postea Filius sentu que acceperat mutuo soluit Seio fratri admonitus tame sui iuris cupiebat repetere quasi

1º

quasi indebitum soluisset Seius autem repetitionem negabat quaerit quid iuris, et in dimidia parte debiti sine difficultate respondit Africanus condictionem competere quia cum obligatio fuerit patri adquisita et filius fuerit heres patris pro dimidia confusa est ipso iure obligatio ex regula l. debitori C. de pactis cap. 2. in altera dimidia maior difficultas versat et ex parte Seii repetitionem negantis proponebat ex contractu obligationem saltim naturalem ortam fuisse quae impedit solutionem repetitionem l. naturaliter 13 § hac tit. unde deducebat Seius quod licet in dimidia pro qua Filius heres patris extiterat esset repetitio concedenda in altera dimidia erat denegandam sed pro parte Filii fuit propositum conditionem admitti debere in parte ex confusione actionis in altera d. parte quia illud debitum erat peculiare ideoque peculium sequebat tamquam onus reale arguto tx in l. si is consequitur §. filiusfamilias ff. familiae erciscundae unde cum Seius dimidium peculium sui sset consecutus factus fuit debitor dimidiae partis debiti et consequitur confusa obligatio et Filius liberatus ideoque sibi concedi repetitionem postulabat et debitum peculiare peculium sequi probat triplici arguto. Primo quia si pater Filio debitori peculium prelegasset certum est posse Seium ex prelegato quinquaginta retinere ut debitum peculiare quod ex peculio solvendum erat ergo illud debitum sequitur peculium. 2o. quia si Filius debitor non a fratre, sed ab extraneo fuisset pecuniam mutuatus et ante divisionem hereditatis soluisset postea in divisione tantum a coheredibus qui partem sui peculii accipiunt retinere posset quantum extraneus creditor ab iis consequi posset si solutum non esset et ius haberi eadversus

cre

creditorē ut sibi contra heredes sideret actiones d. l. 5 ei, consequenter 2°. si filiusfamilias q°. si indebito extraneo et tunc heredi extraneo esset hoc ius fratris debitoris idem in debito patris et coheredi fratre futurum ē. 3°. quia si ante solutionē debiti hereditas divideret posset filius a coherede petere ita fieri divisionē peculij ut ipse indemnis servaret in parte in qua coheres peculij particeps ē et consequenter ad debitū obligatus q°. debitū sequit peculium et frater qui partē peculij accepit fuit debitor partis debiti q°. ex solutū repeti poterit quā sententiā tenet Africanus in presentibus quoad 8m. quesitū

JN NOSTRO. &. IBI FRATER A FRATRE CUM IN EIUSDEM PATRIS POTESTATE ESSENT PECUNIAM MUTUATUS

Mj

Pro explicatione horū verborū quatuor occurrunt disputanda primo qualis fuerit obligatio inter hos fratres contracta an natu ratis vel civilis 2°. an existentibus eis in patria potestate potuerit valere contractus 3°. quomodo valuerit mutuum 4°. an obligatio nata fuerit patri ad quesita. N°. 2

Ad primū ut perfecte cognoscat sciendū ē obligationis tres esse species naturalem solā civilē solā et mixta simul civilem et naturalē que sententia comuniter recepta ē licet aliqui contrariā sententiā existimātes obligationē civilē nō esse substantiā sed qualitatē adherentē obligationi naturali ad quem ita non constituere speciē separatā quā opinionē refert Coras ius in preludijs ad hanc l. n°. 10. sed conuincit ex tx in l. fideiussor obli

obligari 17 §º. fideiussor ff de fideiussoribus l. si fideiussor 59 ff soc
tº. l. creditore 20 ff ad SC Macedonianum l. 5 tº. 12 pº. § quibus ex
presse proponit obligationem civilem et naturalem diversas species
esse quod probat eo argumento quia si obligatio civilis esset tantum
qualitas non possetque subiecto obligationis naturalis argumento
tex. in l. cuius qui in provincia versiculo quoniam ff si certum petat
sed obligatio civilis potest esse sola ut notant omnes per tex. ibi in
l. Julianus 60 ff soc tº ergo non est qualitas sed substantia per se
subsistens

Nº 3 Qua opinione retenta videamus primum de obligatione
naturali quae oritur ex consensu quia natura inductum est fidem
servari l. 1 ff de pactis quae est fundamentum iustitiae et inde dicitur
fides quia fit quod dicitur teste Cicerone libro 1 de officiis facit tex.
in l. non minorem 20 C de transactionibus l. ex emplo 11 in pr
incipio ff de actio empti et ultra doctores in dictis iuribus expli
cat Mendoza libro 1 disputationum de pactis capº. 4 nº. 9 et 5
inde deducens observationem pactorum ad iustitiam commutativam
pertinere de quo videndi sunt Fortunius Garcia in l. iuris gen
tium §º. igitur nuda ff de pactis Carondas libro 1 verosimilium
capº. 4 Robertus 2º. sententiarum capº. 1 Decius in rubrica C de
pactis Jacobus de Nigris in rubrica ff de verborum oblig. nº. 59
igitur ex pactis nascitur obligatio naturalis id est naturae conveniens
et licet inter doctissimos viros Fortunium Garcia in principio
legis iuris gentium et Mendozam libro 3 de pactis capº. 2 nº. 22
magna sit controversia utrum in materia obligationum sit dis
distinctio inter ius naturale et gentium ego existimo obligationes
ad ius naturale cuius animalia participant referri non posse
sed ad ius quo gentes naturali ratione suadente utuntur quo
in

inductum est ut pacta servent et ex consensu nascatur obligatio quae si ad specialem nomen contractus transierit vel lege civili si fuerit probata erit obligatio civilis si autem remanserit in consensu genere nudi erit naturalis id est sola naturali ratione nitens et ita sunt intelligenda quae tradunt doctores in l. 1 § 5 ius naturale et in l. ex hoc iure ff de iustitia et iure et in d l. ius gentium ideoque equitatis vinculum apellat in l stichum 95 § naturalis ff de solutionibus

Unde intelliges tex in l. in amplius 84 § Is natura debet ff de regulis iuris quo loco I.C. videtur obligationem naturalem definire sed tam obscure ut in eius explicatione maxime laboraverint interpretes et varias explicationes ultra ordinarios ibi scribit Cononus libro 5 comentariorum 4 cap. 1 n° 6 Vaconius libro 1 declarationum iuris cap. 21 n° 19 Mendosa libro 3 disputationum de pactis cap. 2 n° 5 Petrus Faber in d § Is natura. Sed meo videri ex 5 dictis satis ille tex interpretatur si ita verba accipias Is natura debet cuius fidem in contrahendo secuti sumus quia ex fide prestita tenet naturaliter et iure gentium dare debet hoc est solvere aut aliter fidem adimplere id est naturali ratione a puto ex re is qui alias recepta fide prestare tenetur non tamen semper oportet eum solvere de iure civili licet de iure gentium obligatione naturali per teneat secundum quam doctrinam intelligendus est etiam tex in d l. ius gentium in principio ff de pactis N° 4

Unde etiam infertur vera resolutio illius questionis quo iure sint inventae obligationes et iure gentium esse ex 5 dictis manifeste apparet et probatur in l si mandatu 22 § Is cuius bona ff mandati ubi acto ad quirit deportato qui incapax est. N° 5

coru que sint iuris ciuilis capax aute eoru que sint iuris gentiu l. sunt quidam 17 ff de penis facit etiam tex in l. rei um 25 ff rem amotarum quam opinionem post antiquiores defendit Cagnolus in l. 2 ff de origine iuris nº 52 Sarmientus ibi nº 52 et in l. at vim ff eodem tit. nº 42 et in principio tit. de actionibus nº 3 Claudius in d. l. ut uim nº 8 Conanus libro 5 comentariorum cap. 5 nº 6 Covarruvias libro 2 variarum resolutionum cap. 16 nº 9 que sententia confirmat ratione quia si obligatio ex consensu descendit et consensus l. naturali obligatio sequens est obligationes ex eo iure dependere adeo ut contractus qui inuenta sunt de iure ciuili de quibus in l. ex hoc iure ff de iustitia et iure quatenus ex consensu descendunt dici possunt originem ducere de iure gentium ut videlicet d. l. ex hoc iure

N.º 6 Efectus autem naturalis obligationis maximus est quia quamuis non producat actionem parit tamen exceptionem d. l. iuris gentium §. igitur nuda l. si unus 27 §. pactus ne peteret ff de pactis quod fatentur omnes interpretes non tamen omnes respondent dificultati que nascitur ex tex in l. naturalis 10 ff de oblig. et action. quia contrarium videtur probare et varias interpretationes scribunt doctores quarum receptior est explicatio proposita a Fortunio Garcia in d. §. pactus ne peteret nº 38 .f. cum tex loquitur de obligatione naturali confirmata a lege ciuili que interpretatio non satis explicat mentem iurisconsulti ut ibi eam quoque reprehendit Mendoza libro 1 disputationum de pactis cap. 4 nº 12 Unde aliam tradit Olomanus libro 3 obseruationum cap. 25 litteram illius tex. mendosam esse ut et uerbum solo non esse legendum ubi adest sed respondendum in curia ciuilis iurium etiam eo ita ut tex dicat naturalis obligationis non eo estimat si aliqua actio eius nomine competit Verum etiam eo solo si pecunia soluta repeti non

nõ possit qua explicatio et mutatio litterę adversus fidem om
niũ pandectarũ admittenda nõ ẽ sed potius dicendũ in eo lx
iurisconsultum proposuisse nobis duplicem modũ cognoscendi
ubi adsit obligatio naturalis primus quando actio efficax
competat quia ubicunque deficit obligatio naturalis quã
vis etiã civilis actio nascatur competit tamẽ exceptio qua
actio redditur inutilis § praeterea instit. de exceptionibus et §.
pacti ni fuerit l. 3 § 1 ff de constituta pecunia et parũ
interest actionẽ nõ habere aut exceptione repelli l. nabilem in
teresse 13 ff de reg. iuris quia ubicunque competit actio efficax
ẽ signũ naturalis obligationis ubi autẽ exceptio reddit actio
nẽ inutilem signũ erit naturalem obligationẽ deficere 2a
regula cognoscendi obligationẽ naturalem ẽ si pecunia
soluta repeti nõ possit d. lege naturalis lx 13 § hoc textu
tum dicemus naturales quo obligationes nõ eo solo aestimantur si
aliqua actio earũ nomine competat sed etiã si pecunia
soluta repeti nõ possit

Unde infert quantũ erraverint Vaconius libro
1 declarationũ cap. 21 nº 18 et cap. 23 nº 3 Ferretus in
rubrica ff de verbo obliga. dum existimant illius legis
argumento probari ex solutione nõ nasci obligationem na
turalem quia non datur actio quos iure merito reprehendit
Mendosa d. nº 12

Inter alios tamẽ effectus obligationis naturalis ille N° 7
ẽ praecipuus et pertinet ad nostram legem scilicet conditionem
pecuniae solutae ex naturali obligatione impediri d. l. natu
raliter d. l. naturalis l. si eius 64 ff ad SC Trebellianũ et in
nostro lx hanc regulam consideravit Africanus tum in

ra

ratione dubitandi ian cod dicto competeret quã pro parte Seij 5 aduxi mas nº 1 tu etiã in ratione decidendi in uer siculo ibi que ubi supponit sublatam fuisse successione na turalem obligatioñ que si superfuisset impediret repeti tione et in versiculo naturalem ubi eadem ex causa propo nit. l. C. participatione penulis obligatione sublatam fuisse quod ea ratio ne fiendal quia obligatio natura lis ē * unicuiq l. Stiu 95 §º naturalis ff de solutio nibus ... ex equitate competit l. 3 ... codice 66 ff hoc titº adque ideo quod 2ia equitate debet solui nõ potest 2ia equitate dici indebitum.

Vnde infert, et ex hac ratione probat naturalem obligatione semper impedire repetitione etiam si errore soluentis sit facta solutio quæ sententia fuit Petri Antiqui glosatoris que refert Auctarius in l. cu quis glosa magna versiculo sed Pe trus dixit C de iuris et fac. igno. defendit Coranus ibi nº 6 Ro bertus Libro 1 sententiarũ capº 6 Ludouicus Vitalis Libro 2 va rio 4 capº 22

Sed huic resolutioni obstat tex in d l cu quis ubi er ans in facto habet repetitione quamuis naturaliter debeat que dificultas confirmat ex tex in l. error 9 C ad l. falcidiam ubi error facti facit locu repetitioni etiam si legata in tegra ex titº iure naturali debeant. gº naturalis obligatio non im pedit repetitione ubi errore soluentis facta ē solutio quam sententiã contra 5 relatos tenuit communis sententia post A uerciũ in d l cu quis quã refert Padilla ibi nº 18

Sed adue retinenda ē Petri sententia neque ne obstant argũta contraria quia ad primũ ex d l cu quis omissa inter

* equitati

interpretatione Roberti ubi §. Duareni in tit. de conditione
indebiti cap. 3 et alias tradita ab Antonio Richardo in §. 54
quoque n°. 37 inst. quibus modis re con. obli. respondetur ubi
non probari errorem facti admittere repetitionem ubi adsit obli
gatio naturalis sed ubi nulla obligatio iuris subest ut sit sciens sci
enter soluenti nullo casu competere repetitionem erranti autem
competere nisi erret in iure ex regula l. sic intelligenda cuius
per errorem 5 ff de reg. iuris.

Difficilior sane est explicatio d. l. errat silentes
opinionem eorum qui existimant id quod retineri potest ex l. falcidia
indebitum esse iure civili debitum autem iure naturali prout
tenet glossa in l. i §. hoc tit. et probari videtur in l. i C. ad l. fal
cidiam ibi non videri ~~plus debito solutum~~ ergo est solutum quod
debitum non autem debet iure civili sed iure naturali.

2°. pt. ex l. si patronus 20 in principio et in §. de illo ff
de donationibus quibus responsis probatur patronum promittentem
soluere fideicommissum quod nullo iure debebat non obligari pro
mittentem tamen soluere quod ex falcidia poterat retinere obligari
quia fidem defuncto prestitisse videtur ergo eo casu tenebat aliqua
obligatione s. naturali et sic ille casus differat a superiori idem
que probatur in l. fin. C. ad l. falcidiam ubi ex pacto nudo soluendi
integra legata nascitur actio quia accessit priori obligationi natu
rali 2us. Baldum ibi n°. 1 sequitur Angelus et Salicetus ibi Cumanus
in rubrica de verborum oblig. n°. 12 dicit communem Ripa n°. 30 ergo
si naturaliter debebat et solutum errore repeti potest ut in d. l. error
iam constat naturalem obligationem non impedire soluti repeti
tionem

Sed veriorem contrariam sententiam s. quod lege falcidia N° 8
po

possit retineri omni iure indebitum esse tum quia lex falcidia reuocat ipso iure legata in quantitate quae dodrantem excedit ac si relicta non essent l. lineam margaritarum l. Plautius ff. ad l. falcidiam tum etiam quia lex resistit legatis et ubi lex resistit eius potestatem naturalis nec ciuilis nascitur obligatio l. ubi lex ff. de fideiussoribus quibus argumentis eam sententiam defendunt Petrus Sinus Baldus et Iasonis in d. l. cum quis Romanus ibi n.° 9 sequitur Donellus in d. l. 1 C. ad l. falcidiam n.° 2 quam opinionem eo argumento confirmo quia si aliqua obligatio naturalis possit considerari ea ex consensu heredis praestito in quasi contractu aditionis nascitur sed ille consensus non extendit ad integra legata nisi expressum sit imo praesumitur heres consentire secundum naturam rei et dispositionem legis adeo ut si expresse promittat soluere legata non dicens integra intelligitur promisisse secundum rationem legis falcidiae ut docet Baldus n.° 1 in d. l. fin. quo in excessu dodrantis deficit consensus et consequenter causa naturalis obligationis unde infert posse heredem in foro conscientiae retinere quartam falcidiam quod non posset si iure naturali deberentur legata supra dodrantem ut fatentur contrariae sententiae auctores. Unde etiam intelliges quam longe a ueritate diuerterit Caldas in l. si curatorem uerbo seu n.° 13 C. de in integrum restitutione dum existimat legata supra dodrantem iure naturali et ciuili deberi.

N.° 9 Neque obstant argumenta contrariae sententiae ex d. l. 1 et l. fin. C. ad l. falcidiam et d. l. si patronus ff. de donationibus quia omnium doctorum traditionibus in illis iuribus et interpretatione Cuiacii nouella 1 2.ª parte columna 3 circa finem respondeo in illis iuribus legata supra dodrantem omni iure deberi quia heres sciens uult soluit uel promittit se

solutum eo consentiens voluntati testatoris quo casu omni iure debet ideo Donellus in d l 1 nº 2 docet ea legata quae tenus excedunt dodrantem aut nullo iure deberi aut omni iure et non posse constitui medium quia si heres noll[...] beneficio l falcidiae debet iure civili ex l 12 tabularum relata in l verbis legis de verborum signif. et iure naturali ex voluntate testatoris et ex proprio consensu si vero voluerit uti beneficio legis non debet iure civili quia legata sunt diminuta ipso iure per l falcidiam sicut si relicta non fuissent nec iure naturali quia ipse nunquam consensit solutioni legatorum ex quibus iam constat commune argumentum ex d l error non convincere nostram sententiam eamque verissimam esse dum docet naturalem obligationem semper impedire soluti repetitionem. cuius obligationis alii etiam sunt effectus veluti effectus compensationis l etiam ff de compensationibus et ut fideiussor possit accedere naturali obligationi l 1. l fideiussor §. 1 ff de fideiussoribus principio instit. eodem tit. et ut possit naturaliter debitum in constitutum deduci l 1 §. debitum ff de constituta pecunia quos effectus ultra doctores in dictis iuribus prosequitur Corasius in praesenti prima parte ex nº 36

Civilis autem obligatio est ubi solo vinculo civili obligamur ad aliquid faciendum ut sentire videtur Accursius in l generaliter C de non num. pecun. Barto. in l Iulianus columna 9 [...] tit. Corasius ubi s. nº 48 Cuius obligationis solet exemplum constitui in obligatione literarum quando aliquis spe futurae numerationis per scripturam confitetur se pecuniam debere ut in princ. instit. de liter. obligatio N. 10

vel quando contra obligationem efficacem interponit pactum de non petendo quo obligatio civilis non tollitur sed remanet sola sublata naturali l. si unus 27 § pactus ne peteret ff. de pactis sed antequam de his exemplis agamus expedit explicare propriam naturam huius obligationis ad quam adverto civilem obligationem unam cum effectu alteram vero sine effectu esse prior est quando adest obligatio naturalis quae dicitur mixta de qua statim dicemus altera vero quando sola sine naturali quae nascitur ex omnibus causis ex quibus iure civili nascitur utilis obligatio quod contingit ex omnibus contractibus tamen interveniente equitate nascitur exceptio qua reditur actio inutilis ut in exemplo § preterea inst. de exceptio. quando debet quis pecuniam omni iure sed quia pactum de non petendo quo non tollitur actio ipso iure sed competit exceptio virtute naturalis obligationis non petendi quae ex pacto oritur d. § pactus ne peteret unde tale debitum dicitur indebitum iure pretorio idest exceptione in qua versatur pretoris equitas l. 3 § 1 ff. de constituta pecunia ubi etiam dixit Vlpianus eam pecuniam non esse iuribus debitam idest ut recte interpretatur Accursius indebita iure naturali cum deficiat naturalis equitas ex cuius defectu nascitur exceptio fit etiam indebita iure civili quia licet attento nomine competat actio attento tamen effectu idem est ac si nulla actio competeret d. l. nihil interest 112 ff. de reg. iuris igitur oposita exceptione nullus erit effectus obligationis civilis solius quod constat ex eo quia solutum eius causa repeti potest l. qui exceptionem 5 hoc titulo nec constitui potest d. l. 3.
§ 1

Sed dictā doctrinā impugnare videtur iuris princi-
pium quo docemur filium familias accipientem pecuniā
mutuā habere exceptionē ex S.C. Macedoniano ad-
versus actionē natam ex mutuo l. 1 et per totum titulum
ff ad S.C. Macedonianum sed eo casu constat naturalem obli-
gationē ortam fuisse siquidem pecunia soluta repe-
ti nō potest l. si pater familias in fine et l. sequenti ff ad
S.C. Macedonianum d. l. qui exceptionē ff. Scilicet glossa exceptio nō est
certum signum deficientis naturalis obligationis.

Sed respondetur naturalem obligationē
deficere quotiescumque exceptio competit nata ex ea
ratione quia equum ē debitorem nō teneri secus au-
tem quando constat debitorē teneri in odium tamē
creditoris datur exceptio ut in specie S.C. Macedoni-
ani cuius dispositionē in odium creditoris introductā
fuisse constat ex l. 1 et ex l. 3 versiculo proinde ff
ad S.C. Macedonianum itaque ubi exceptio nascitur ex equi-
tate qua induxit creditorem nō debere constat
deficere naturalem obligationē et eo casu erit in-
utilis obligatio civiliter oposita § exceptionē ex d. l. ni-
hil interest si vero in iudicijs semel iuris exceptio in
initio litis nō fuerit oposita proced it iudicium et po-
test sequi condemnatio arguto l. 2 quid sit debet intel-
ligi in l. praescriptionē et in l. siquidem C. de exceptio-
nibus item erit utilis haec civilis obligatio ut inter-
posito pacto ex quo alias agi nō posset cōfirmetur
utilis obligatio et competat actio eficax ut in specie
d. l. si unus § pactus ne peteret et in l. pacto convēta
na

novissima C de pactis

N° 12 Quibus ita constitutis ad exempla deveniamus primum exemplum in obligatione literarum ex qua oritur similem obligationem certi est quando numeratio pecuniae non intervenit et in eo casu est propria obligatio literarum quia si intervenit numeratio nascitur actio certi conditionis ex mutuo ut docet Accursius in principio de literarum oblig. verbo numeratam non est quam sententiam probat meo iudicio text in l. ad ius s ibi quasi credita et in l. si quasi 1 ibi quasi numerata non est C de non numerata pecunia et si ex temporis lapsu sit circumscripta exceptione competit certi conditio et cessat obligatio literarum ut in d. principio ibi et ex ea nascitur certi conditio a fortiori cessabit ubi intervenit vera numeratio quam sententiam sequitur Alvarius in l. 4 n° 1 ff depositi Baldus in l. si ex cautione C de non numerata pecunia Grotius in l. 5° si quis ita ca. lectura n°. penultimo ff de verborum oblig. et alij quos refert Costa in d. l. si ex cautione declaratione 3 versiculo 2° ex eisdem verbis n°. 2 quasi lectra ego verissimam credo licet contrariam defendant relati a Costa ubi supra et ab Antonio Picardo in d. principio n° 26 eo igitur casu quo non intervenit numeratio literarum obligatio contrahitur quae ex scriptura nascitur d. l. si ex cautione ponderata prepositione, ex, quae denotat causam immediatam ut in l. 1 § 6° ex incendio ff de incendio ruina etc. notat Paulus Castrensis in l. ex hac scriptura n°. 1 ff de donationibus eam quae non a Iustiniano inducta iam sed tempore iurisconsultorum cognitam defendunt Brisonius libro 6 de formulis folio 599 Mendosa libro 1 de

de pactis cap. i nº 6 Costa ubi 5 Savallos in speculo pr
actic. cap. q. 623 et confirmabis si ita intelligas non ex figura
literarum oriri obligationem quia scriptura probationem tan-
tum non substantiam contractibus deservire solet l. 4 ff de pig-
noribus l. cum res C de probationibus sed ut scriptura inser
viat instrumenti pacti adque ita pactum aliquod nudum scrip
tura interveniente reddit vestitum et efficax ad produ-
cendam obligationem civilem et tunc ex scriptura dicimus
actionem nasci sicut quando post pactum sequitur stipulatio
non ex pacto sed ex stipulatu agimus itaque quod verbis
solemnibus stipulationis operatur oratio idem operatur
scriptura ut probat Cujacius intelligendus in l. non figu
ra ff de oblig. et actionibus quae ita melius intelligitur quam
aliis interpretationibus quas scribunt Alciatus libro 12 parer
gon cap. 8 Fortunius Garcia in d. § pactus ne peteret nº 6 Costa
ubi 5 scolio i Duarenus in tit. de actionibus cap. 3

2um exemplum obligationis civilis 5 propositum
nº 10 satis explicat ex dictis ibi et in nº sequenti

3a species obligationis est obligatio mixta simul N 13
civilis et naturalis quae oritur ex omnibus contractibus et aliis
causis obligationum in quibus naturalem equitatem con
firmat lex civilis et haec vocatur mixta obligatio quae sola
proprie hoc nomen habet alie enim obligationes improprie
dicuntur l. fideiussor obligari § fideiussor vero et ut tota li-
cet minus proprie ff de fideiussoribus si enim obligatio ea
proprie dicitur quae adstringit nos necessitate aliquid dandi
vel faciendi ut in principio inst. de obligationibus ubi mix
tam obligationem difinita iste docet Hurtius verbo obli

gatio

gatio qui sequit Ottomanus Bald. et alij et defendit erudite
Donelus libro 12 comentario 4 cap. 1 merito naturalis
aut civilis sola no debet obligatio apellari quia no adstr
ingit nos necessitate faciendi quoscumque ubi obligatio vel
actio no est eficax dicit apud iurisconsultos no esse actione
vel no esse obligatione ut in l iuris gentium § 2 et ibi scribo
ff de pactis et in d l 1 ff ad S.C. Macedonianum et in d l natura
les ff de oblig. et actio 2a explicatione 5 scripta n.o 6 quia
illa proprie dicit obligatio et actio quae eficax est ideo qui
improprie dicit creditor his cui debet naturaliter tantum
l creditores 10 ff de verborum sig.ne et proprie dicit debitor his
a quo invito exigere possumus l debitor 108 ff de verborum sig.ne

N.o 14 Quibus sic constitutis ad prima questione s. quae
obligatio fuerit contracta inter fratres respondet fuisse ob
ligatione naturale quia cum essent in potestate eiusdem
patris no potuit inter eos contrahi civilis obligatio quae sente
ntia comuniter recepta est adeo ut nullus apareat eo dictio
dictor et videt probari in nostro tx ibi naturalem enim obli
gatione quae fuisset et in § quaesitum ibi manere natura
lem obligatione facit tx in l actiones 1 ff de oblig. et actio
et in l lis nulla ff de iudiciis ex quibus iuribus colligit ratio
quare naturalis tantum obligatio contrahat in nostra specie
quia actiones sunt inventae propter iudicia ut constat ex pr
incipio inst.s de actionibus ibi ius persequendi iudicium autem
inter patrem et filium esse no potest ex illis iuribus ergo nec
civilis obligatio neque actio qua ratione proposuit glosa
verbo necessitate in principio inst.s de obligationibus in
verbo actum filio sequit Bart in presenti n.o 10 Baldus
in

in l. fin. col. una 3 C. quod cum eo ex qua ratione infert quod cum odie de iure canonico inter patrem et filium possit esse iudicium ut notat glosa in cap. si eclesia 23 q. 4 per tex in cap. querit 2a q. 1a et sequit Joannes Baptista in repetitione di. hujus legis no. 29 nō dempta patria potestate cujus effectus, quantum de iure canonico argum. tex in cap. fin. de iudiciis libro 6 consequenter eo iure inter patrem et filium erit obligatio civilis

Sed hec ratio reprehendit a Socino et Corrano in repetit. prima parte no. 57. Primo quia falsum est dicere obligationes et actiones fuisse inuentas propter iudicia, veri usque est propter obligationes ne remanerent sine effectu iudicia inuenta fuisse l. 2 § postorigine ff de origine iur. quod ita intelligendum est ut actiones quatenus sunt formule solemnes fuerint inuente propter iudicia ne simpliciter et inordinate proponerent prout tamen actio est modus petendi et exequendi obligationem nō est inuenta propter iudicium imo iudicium propter actiones.

2o. reprehendit superior ratio quia si vera esset sequeretur ex ea in multis casibus in quibus potest esse iudicium inter patrem et filium utuli pro alimentis l. si quis a liberis ff de liber. agnoscendis pro dote l. qui liberos ff de ritu nuptiarum l. fin. C de dotis promissione vel pro fideicomisso in specie l. imperator 50 ff ad SC Trebel. esse actionem inter patrem et filium quod tamen falsum est quia in illis casibus non competit actio, sed iudicis oficium. Denique verum non est dicere iure canonico regulariter posse inter patrem et filium esse iudicium utrius enim est solum in causis spiritualibus ut in matrimonio et similibus et in quibus veriat materia pe

pecati posse inter eos iudicium consistere ut contra s. sic talos desendit Panormitanus in cap. no. i nº 2 de sponsalibus Covarrubias in presenti d. 1ª parte nº 60.

Nº 15 Quare Bartolus in presenti nº 11 alias rationes proponit quas disputant et alias adducunt ordinarij scribentes ibi et ultra eos Corasius ubi s. et libro 4 miscelaneorum cap. 3 Crotus in presenti nº 8 et 9 et 36 Joannes Baptista nº 2, 28 et 34 Vasonius libro 1 declarationum cap. 9 et libro 4 cap. 57 Mesingerius in 5º etiam in utilis ingl. de inutilibus stipul. Duarenus in l. liber homo 108 ff de verborum oblig. Saucius ibi nº 6 Jason nº 1 Cuxacius libro 9 observationum cap. 13 Menoquius de recuperanda possed. remedio 15 nº 280 Gutierrez de iuramento confirmatorio prima parte cap. 51 ex quibus vera ratio videtur inter alias effectus patrie potestatis apud Romanos inductum fuisse ut si ut servus ita filius res patris diceret ut colligitur ex verbis legis ibi tutellae vel rei ff de iurbo. igni. l. 50 prs hane ff de reiuendicatione quo fit introductionem iuris gentium qua distinguimus meum et tuum iustum et iniustum non posse considerari inter patrem et filium et consequenter inter eos cessat civilis obligatio que introducta est ad cognoscendum quid sit nostrum et ad quirendum dominium unde nec pater filio nec filius patri aliquid debere potest facit regula ex in l. si cer. no 32 alias ubi sed et si quid 5º idem Julianus ff de usufructu qua ratione ex s. dictis tenent Vasonius d. cap. 9 nº 4 et d. cap. 51 nº 18 Menoquius d. remedio 15 nº 281 que ratio tantum procedit in obligatione civili non autem in naturali quia licet reverentia patri debita sit naturalis ex Aristotele libro 8 ethicorum cap. 10 et 11 et ex l. pronunciatio 195 5º iure proprio

ff

ff de vulgari pupill. et in testam.to patris potestatis iure civilis ut ex
§ 1 inst. de patria potest. l. 3 ff de his qui sunt sui. explicat
plures relati a Pinelo in rubrica C. de bonis maternis 2a parte
n° 9 ideoque pater non aliter poterit filium vindicare quam si ad-
iiciat se vindicare iure quiritium d. l. 1 § per hanc et sic non
tollit inter patrem et filium naturalis obligatio quae ex solo
consensu equitate suadente nascitur ex d. dictis n° 3 et sequentibus
2us quam equitatem naturalem et filius familias et servus
personam et statum habent ut explicat Vaconius libro 1 decla-
rationum cap. 17. Unde huic obligationi potest accedere fideiussor § 1
inst. de fideiussoribus quia licet fideiussoris obligatio sit civilis ta-
men consistit in alterius persona non in persona filii quod procedit
si fideiussor interveniat pro filio obligato patri secus vero si inter-
veniat pro patre ut explicat viri consulti in l. sequens pro eo
§ item si filius ff de fideiussoribus quae ratio supra proposita confir-
mat ex eo quia in eo casu quo filius propter permissam sibi libe-
ram administrationem pater familias reputat ut in castrensi pecu-
lio l. 2 ff ad SC Macedonianum incipit reputari non res patris et
inter eos distingui meum et tuum iustum et iniustum ideo quae nascitur
obligatio et actio d. l. sed si nulla ff de iudiciis quod in peculio q-
uasi castrensi clericorum procedere docet Afflictis decisione 241 n°
1 sed amplicata decisione ex in cap. fin. de iudiciis libro 6 et
in aliis peculiis adventitiis quando usus fructus non adquiritur pa-
tri ut in specie ex in auth. similiter excepit C de bonis quae liber.
(idem erit dicendum posse filium adversus patrem agere argumento
ex in d. l. sed nulla per quem ita docet Antonius Capicius de-
cisione 51 n° 1 sequitur Menochius ubi s. n° 23 idemque de-
